# CATALOGUS

## PLANTARUM PHANEROGAMICARUM

regionis

Grudentinensis et Gedanensis.

Auctore

A. Menge.

GRUDENTIAE,

typis C. G. Röthe.

1839.

Herbarium

# Praefatio.

Quandoquidem urbem Grudentiam, in qua plus tribus annis commoratus sum, reliqui, almae regionis Florae vale dicturus, natas ejus per arva dispersas, novo ordine dispositas ei produco. Multae tenerarum imprimis subolium propter exiguum, quod mihi ad eas indagandas datum erat, otium sese subduxerunt, quas quum alii plantarum curiosi tum is, qui in munere mihi successit, investigent et in lucem protrahant. Floriarium tamen hujus regionis, ut, quatenus ab illo regio-

nis Gedanensis recedat, aliqua delineatur adumbratione, plantas aggregavi Gedanenses aut a me ipso aut ab aliis ante collectas. Dea florifera liberos suos gratias referentes benigne excipiat neque gratiosi ejus sacerdotes atque cultores limine eos submoveant. Ennumerationi huic, si non displiceat, generum descriptiones in postero adjungam, nunc autem notas quasdam characteristicas addere supervacuum non habeo. Solum, quod, quas comportavi plantas, parit, est arenosum, schistis argillaceis intermixtum, diluvii sedimentum.

Gedani, die festo Pentecostes 1838.

# Exordium.

Novum ausus sum construere plantarum ordinem, qui familias naturales ita connectat, ut etiam a rei herbariae minus peritis plantae nondum cognitae in libro facile inveniantur. Sed non unica haec fuit causa, ex qua opus a tam magnis et excellentibus viris inceptum denuo molirer; systema naturale, in quo ex notis simplicibus et apertis non ex minutissimis et absconditis collocarentur plantae, componere, animus me tulit. Vinculum autem, quo contineantur plantae, naturae maxime conveniens symmetria partium floralium mihi visa est. Qua denotatione significo legem, secundum quam numerus aut idem aut proportionalis constet in omnibus vel plurimis floris et fructificationis

partibus. Flos enim sive fructus involucrum quum certus sit numerus foliorum ad apicem rami aut pedunculi in orbem congestorum et vario modo immutatorum, non est, quod in prima serie aliam legem secuta sit natura atque in secunda et sequentibus. Esse autem calycem floris orbem foliorum minorum tenuiorumque a foliis caulinis superioribus bracteisque haud magnopere discrepantium; corollam alterum orbem foliorum teneriorum plerumque coloratorum; stamina tertiam seriem e foliis contractis et in fila plana aut cylindrica attenuata, ad apicem in bursiculas revolutis, enata, pistillaque denique e foliis basi introflexis eodem modo esse conformata, jam dudum extra omnem dubitationem positum est, et perspicue docet accurata naturae contemplatio. Numerus partium sive loculamentorum fructus legem nominatam non excedit, neutiquam seminum numerus, quum generatio et in floribus et in animalibus multis ab aliis causis pendeat. Quod etsi quidem partium floris et fructus idem numerus non in omnibus animadvertitur plantis, tamen lex, quam natura et in una aperte ostendit, in aliis alia esse non potest, et jure conjiciendum est nisum formativum in iis, quae ab hac lege discedunt esse perturbatum deminutum aut auctum. Comprobatam vidimus hanc con-

jecturam in floribus plenis, omnino in plantis ex loco suo et solo naturali in alienum transpositis. In iisdem prorsus generibus et speciebus plantarum numerum partium floralium in aliis fortuito in aliis constanter variare aut unam partem in alteram abire neminem jam latet. Tales perturbationes, immutationes, eversiones minime tamen impediunt, quin legem partium proportionalium conspicere et constituere possimus. Exstant autem floris et fructificationis partes in aliis plantis numero triplici, in aliis quadruplici, in aliis quintuplici; quare hasce tres proponimus plantarum classes:

Cl. I. Plantae triplices sive Trimetria, Dreifaltige Pflanzen oder Dreiheit: Partes perigonii, calycis, corollae paracorollae, staminum et germinum ternae aut multiplum hujus numeri, senae, nonae vel plures.

Cl. II. Plantae quadruplices s. Tetrametria, Vierfaltige Pflanzen oder Vierheit: Partes perigonii et fructus quaternae, octonae vel plures.

Cl. III. Plantae quintuplices s. Pentametria, Fünffaltige Pflanzen

oder Fünfheit: Partes perigonii et fructus quinae, denae vel plures.

Organa singula aut bina, quum orbem non constituant, nisi lege symmetriae cohibita aut impedita provenire non possunt. Plantae itaque hunc numerum in floris partibus exhibentes incompletae sunt designandae et affinibus completis aggregandae. Reliquum est, ut rationem reddamus paucarum aliarum, quibus usi sumus notionibus, et quo modo plantarum familias, quae minime ex certis et distinctis principiis usque adhuc condantur, definiendas esse putemus. Idem numerus in partibus floris et fructus manifeste expositus vel indicatus efficit classem; numerus idem et eadem dispositio determinant familias, idem autem numerus, dispositio, forma partium floralium et genitalium congregant species in genera. Species forma, directione, situ, insertione, praesentia aut absentia partium radicis, caulis, foliorum discernuntur. Habitatio, magnitudo, indumenta, splendor, color, sapor, odor, virtutes in iisdem speciebus intra certos limites variare possunt. Ad apte distribuendas familias hasce usurpavi determinationes:

Ordo I. Plantae orbatae sive deminutae, Arme oder Verringerte. Una

tantum veste indutae aut denudatae, stamine aut pistillo deficiente aut manco.

Ordo II. Pl. mediocres sive symmetricae, Mittelständige oder Gleichmässige. In omnibus partibus modum tenentes, duobus vestibus, calyce et corolla, indutae; stamina et pistilla numero eodem aut parum differente praedita.

Ordo III. Pl. locupletes sive immodicae, Reiche oder Uebermässige. In uno aut altero loco plenae. Indumenta duo aut plura. Staminum numerus auctus, saepius et pistillorum et germinum.

Si uno tantum integumento flores gaudent perigonii nomen ei imponimus, si duobus aut tribus, calycis, corollae et paracorollae. Receptaculum floris sive receptaculum commune est basis, cui partes floris et fructificationis insident; receptaculum proprium corollae: anthophorum, staminum: staminophorum, germinis: gynophorum, quod abit in carpophorum, designamus. Germinis sive ovarii partes sunt parietes continui aut in valvulas divisi, spermophorum, cui ovula sunt affixa et stigma, per cujus stoma aut stomata fo-

villa longa aut brevi via (stylo) in germinis uterum deducitur. Germen ovula in sinu gerens est pars centralis floris et extrema totius plantae, nunquam inferum sed liberum aut floris partibus cingentibus involutum et conditum.

## Abbreviationes nonnullae.

**An.** significat plantam annuam, **bi.** biennem, **per.** perennem.

**Mas.** designat florem masculum, **fem.** femineum, **her.** hermaphroditum.

Numerum ulterius progredientem punctis indicavi hoc modo: 1, 3, 6 .... quod signum ∞ mathematicis numerum in infinitum crescentem exprimit et itaque in botanica incongruum est.

**!** indicat plantam a me ipso esse indagatam.

## Auctores, ex quorum hortis flores decerpsi:

1) Nic. Oelhafius: Elenchus plantarum circa nobile Borussorum Dantiscum sua sponte nascentium. Stettini, 1643.

2) Chr. Menzelius: Centuria plantarum circa nobile Gedanum sponte nascentium. Dantisci, 1650.

3) Gottfr. Reyger: Tentamen florae Gedanensis. Dantisci, tom. I. 1764., tom. II. 1766.

4) Joh. Loeselius: Flora Prussica, curante Joh. Gottsched. Regiomonti, 1703.

5) Godof. Hagen: Chloris Borussica. Regiomonti, 1819.

6) Gottfr. Weiss: Die um Danzig wildwachsenden Pflanzen, geordnet und beschrieben von Gottfr. Reyger. 2 Thle. Danzig, 1825.

7) G. Loreck: Flora Prussica, Abbildungen sämmtlicher bis jetzt aufgefundenen Pflanzen Preussens. Königsberg, 1826.

8) E. Meyer: Elenchus plantarum Borussiae indigenarum. Preuss. Provinzialblätter. 10. Bd. 1833.

9) Dr. Klinsmann: Verzeichniss von Pflanzen der Danziger Gegend, die in Reygers Flora, herausgegeben von Weiss, nicht aufgeführt sind, in den Preuss. Provinzialblättern. 15. Bd. 1836.

10) Dreyer: Flora excursoria Hafnensis. Hafniae, 1838.

# Classis I.

## Plantae triplices sive Trimetria.

Monocotyledoneae Ray et Jussieu.
Endogeneae De Candolle.

Partes floris et fructificationis ternae, senae, nonae vel plures. Culmus, calamus aut scapus. Folia nervosa, pagina superiore et inferiore haud diversa.

### Ordo I. Orbatae.

Perigonium simplex, antherae: 3 — 6; germina: 1 — 3.

Familiae:

1) Gramineae, Gräser. 2) Cyperaceae, Riete. 3) Junceae, Binsen. 4) Typhoideae, Kolbenriete. 5) Sparganoideae, Igelkopfriete.

### I. Fam. Gramineae Juss. Gräser.

Radix fibrosa aut caudex subterraneus: rhisoma. Caulis simplex fistulosus, nodis protuberantibus: culmus, foliis parallelinerviis simplicissimis basi vaginantibus ligula instructis, flo-

ribus glumaceis in spicam aut paniculam dispositis. Spiculae (Locustae Dec.) uni aut multiflorae. Flosculi rachi insidentes. Perigonium (involucrum) externum bivalve, valvis distichis, rarius univalve aut deficiens: gluma Lin. et Juss. (calyx Lin. spatha Bisch.) internum bivalve vel potius trivalve, valvula externa simplici, interna e foliolis duobus connatis constituta, binervia bicarinata: glumella Desv. (corolla Linn. spathella Bisch.) Accedunt plerumque lodiculae duae vel tres squamaceae membranaceae, cum valvulis alternantes: glumellula Desv. (squamae nectarii Lin. Lodicula Beauv. perigonium Bisch.) Stamina 3, rarius 2 aut 6; filamenta capillaria post anthesin debilia, antherae lineares longae. Germen 1, liberum apice saepius pilosum. Stylus 1, stigmate bifido, filiformi plumoso aut aspergilliformi. Cariopsis arida semen nudum referens. Albumen farinosum. Embryo lateralis, cotyledone una scutiformi, vaginante. — Plantae utillimae sacchariferae, unico Lolio venenato excepto, granis amylosis.

Anim. Basis foliorum graminum una cum ligula petiolo palmarum convenire mihi videtur.

Trib. I. Olyrinae Fr. N. ab E. Flores monoici; masculi foemineis dissimiles. Koch. syn. fl. ger. 769.

## Zea L. Mays.

Flores mas. terminales, paniculati: Spiculae biflorae, flosculo utroque sessili. Valvae duae

subaequales, flosculis parum longiores muticae inferior multinervia, superior quinquenervia. Valvulae 2 membranaceae, inferior trinervia, superior bicarinata. Stamina 3 inter lodiculas carnosas et truncatas. — Flores fem. in spicas axillares, vaginis involutas dispositi. Spiculae axi spicae carnoso seriatim insertae, subtriflorae, flore utroque sessili, inferiore neutro. Valvae duae membranaceae enerves, dilatatae, flore breviores. Valvulae 2 membranaceae enerviae, superior major ovarium amplectens. Ovarium ovatum glabrum. Stylus capillaris longissimus; stigma compressum tenuissime ciliatum. Cariopsides subrotundo-reniformes, in series per paria approximatas dispositae, axi carnoso insertae. Fr. N. ab. gen. XIV. 20.

Z. Mays L. Ex America australi allata; colitur in usum oeconomicum. An. Jul. Aug.

Trib. II. Paniceae Kunth. Spiculae a dorso compressae et dorso convexae, antice planae vel planiusculae, uniflorae vel uniflorae cum rudimento floris inferioris, valvam tertiam referente. Gluma bivalvis, valva inferior minor, saepe minima, lateri plano vel planiusculo spiculae adpressa. Styli elongati, stigmata aspergilliformia sub apice floris emergentia. K. 771.

## 1) Pánicum P. Beauv. Fennich.

Panicula effusa ramis asperis spiculas apici insertas gerentibus. Spiculae biflorae, flosculo inferiore sterili, valvae ovatae membranaceae mu-

ticae, inferior minor quinquenervia superior multinervia, valvulae muticae coriaceae indurescentes. Lodiculae incrassatae truncatae, cf. N. ab. E. g. XIII.

P. miliaceum L. Hirsenartiger Fennich. Ex Oriente allatum. Colitur. An. Jul. Aug.

P. capillare Retz. Haarförmiger F. Ex Amer. boreali allatum. Colitur. An. Jul. — Aug. Graudenz!

## 2) Setaria P. Beauv. Borstengras.

Panicula spicis conglomeratis spicaeformis. Pedicelli latere setas, flosculorum sterilium rudimenta, apice spiculam gerentes. Spiculae ut in genere Panici.

S. glauca Beauv. Rostfarbenes B. In agris post messem. Aug. Graudenz! Danzig W.

S. viride B. Grünes B. In arvis et agris incultis. An. Aug. Gr.! Dg. W.

S. italica B. Italienisches B. Ex Oriente. Colitur. An. Jul. — Aug. Gr.!

## 3) Echínochlóa P. Beauv. Stachelgras.

Gr. εχῖνος echinus, χλόα gramen.

Panicula e spicis alternis composita. Spiculae secundae biflorae flosculo inferiore sterili. Valva inferior minor trinervia, superior flosculo aequalis 5-nervia mucronata vel aristata. Valvula inferior floris sterilis mucronata aut aristata superior minor obtusa. Valvulae floris fertilis muticae chartaceae indurescentes. Lodiculae obovatae.

E. crus galli P. Beauv. Gemeines St. In arvis et agris cultis, ad fossas. An. Jul. — Aug.

## 4) Digitária Scop. Fingergras.

Spicae digitatae vel corymbosae. Rachis flexuosa alata. Spiculae pedicello brevi instructae subgeminae subsecundae biflorae flosculo altero sterili. Valva inferior minima, superior trinervia membranacea flosculo minor. Floris sterilis palea unica membranacea ovata 5 — 7 nervia. Valvulae germen amplectentes muticae subcoriaceae. Lodiculae carnosae truncatae.

D. sanguinalis Lin. Blut-F. In cultis et incultis, ad vias. An Jul. — Aug. Gr.! Dzg.

D. glabra Gaud. Glattes F. In locis arenosis cultis et incultis. An. Jul. — Aug. Gr.!

Trib. III. Phalarideae Kunth. Spiculae a latere compressae, uniflorae cum rudimento paleaceo secundi tertiique floris inferioris, vel cum flore masculo solitario binisve inferioribus. Stylus longus, stigmata filiformia vel subaspergilliformia, ex apice spiculae emergentia. Koch. Syn. fl. g. 773.

## 1) Phálaris L. Glanzgras.

Gr. φάλαρις Plin. 27. 12.

Panicula spicaeformis. Valvae 2, carinato-naviculares, carina plerumque alata subaequales membranaceae muticae, flosculo hermaphrodito longiores. Valvulae 2, carinato-naviculares, muticae membranaceae; inferior multo latior superiorem amplectens. Lodiculae lanceolatae germine longiores. Cariopsis elliptica a latere com-

pressa glabra, valvulis demum coriaceis arcte inclusa. N. ab E. XI.

Ph. canariensis L. Kanarisches Gl. Ex insulis Canar. Colitur. An. — Jul. Aug.

## 2) Baldingéra Wett. Fl. Bandgras.

Panicula ramosa, sub anthesi effusa. Valvae 2, subaequales carinatae sed dorso non alatae. Reliqua ut in gen. antecedente.

B. arundinacea L. Rohr. In pratis humidis, ad fossas, paludes et lacus. Per. Jun. — Jul. Var. foliis albo-vittatis colitur in hortis sub nomine Bandgras.

## 3) Anthoxánthum L. Ruchgras.

Gr. ἄνθος flos, ξανθός rufo-flavus.

Panicula spicaeformis. Spiculae triflorae; flosculi 2 inferiores univalves neutri dorso aristati, summus bivalvis hermaphroditus muticus. Stamina 2. Lodiculae nullae.

A. odoratum L. Gemeines Ruchg. In pratis, campis collibus et nemoribus vulg. Per. Mai — Jun. Var. villosa et montana Lois. Tota planta exsiccata suavem effundit odorem.

Trib. IV. Alopecuroideae Koch. 775. Spiculae a latere compressae uniflorae vel uniflorae cum rudimento floris superioris, paniculatae vel in racemo simplici alternae. Valvae flores aequantes vel superantes. Styli longi; stigmata elongata, filiformia pilosa ex apice spiculae egredientia.

## 1) Alopecúrus Lin. Fuchsschwanz.

Gr. ἀλώπηξ vulpes, οὐρά cauda.

Panicula spicaeformis cylindracea. Spiculae uniflorae pedicellis apice incrassatis insertae. Valvae trinerviae aequales basi connatae carinatae muticae. Valvula unica carinata infra medium plerumque aristata. Lodiculae nullae. Cariopsis a latere compressa valvis laxe tecta.

Al. agrestis Lin. Acker-F. In agris inter segetes. An. Jun. — Jul. Gr.! Dzg. W.

Al. pratensis Lin. Wiesen-F. In pratis ubique. Per. Mai — Sept.

Al. paludosa. Lin. (fulvus sm.) Sumpf-F. In pratis humidis ad fossas et aquas. Per. Jun. — Aug. Dzg.! Heubude.

Al. geniculatus L. Geknieter F. In pratis humidis et paludosis. Per. Jun. — Aug. Gr.! Dzg.! Heubude. Lesen.

## 2) Phléum Lin. Lieschgras.

Gr. φλέως Plin. 21. 15. a. v. φλέω garrio.

Panicula cylindrica, pedicellis rachi adnatis, spiculis subsessilibus confertis sub horizontalibus unifloris. Valvae duae aequales, naviculari-carinatae, carina ciliata in aristam excurrente. Valvulae duae membranaceae muticae. Lodiculae membranaceae. Cariopsis oblique ovata vel elliptica valvulis laxe tecta.

Ph. pratense L. Wiesen-L. In pratis ubique. Per. Jun. — Jul.

Ph. nodosum W. Knotiges L. In locis siccis. Per. Jun. — Jul. Differt culmo ascendente geniculato basi bulboso, panicula subovata. Dzg.! St. Albrecht. Elleruitz.

### 3) Chilochlóa P. B. Feilengras.

Gr. χίλος pabulum, χλόα gramen.

Panicula cylindrica, ramis adpressis, spiculis brevi pedicellatis confertis unifloris. Valvula superior cum rudimento flosculi secundi pedicelliformi. Cetera ut in gen. antecedente.

Ch. phalaroides Koel. Glanzartiges F. (Phleum Boehmeri Schrad.) In pratis arenosis vulg. Per. Jun. — Aug.

Ch. aspera Vill. Rauhes F. In locis siccis lutosis. An. Jul. — Aug. Gr.! (Valvis cuneiformibus scabris.)

Ch. arenaria L. Sand-F. In locis sabulosis ad littora maris. (Valvis lanceolatis carina hispido ciliatis.) An. Jul. — Aug. Hagen.)

Trib. V. Chlorideae Kunth. Spiculae a latere compressae uni-, multiflorae, in spicas unilaterales dispositae et quidem lateri inferiori racheos spicarum insertae. Valva inferior florem superans vel paulo tantum brevior. Styli mediocres vel longi, quandoque in unum connati; stigmata elongata, filiformia vel subaspergilliformia, pilosa Koch. 779.

### Cýnodon Rich. Hundszahngras.

Gr. κύων canis, ὀδούς dens.

Spicae digitato-fasciculatae. Spiculae biflorae, flosculo superiore in apice pedicelli inevoluto. Lodiculae 2 carnosae. Cariopsis a latere compressa, valvulis velata.

C. Dactylon Pers. Gemeines H. In campis arenosis rarissime. An. Jul. — Aug. Gr! (Nicht zu ver-

wechseln mit Digitaria, dem es im Habitus etwas ähnlich ist.

Trib. VI. Agrostideae Kunth. Spiculae a latere magis minusve compressae uniflorae vel uniflorae cum rudimento flosculi superioris. Lodiculae duae. Styli nulli vel breves, stigmata plumosa, ad basin spiculae emergentia. Cariopsis paleis membranaceis tecta.

## 1) Agróstis Trin. Straussgras.

Gr. ἄγρωστις Diosc. 430.

Panicula laxa ramis verticillatis aut fasciculato-verticillatis. Spiculae uniflorae. Valvae 2 subaequales carinatae muticae, post anthesin patentes. Valvulae inaequales valvis minores, inferior trinervia mutica vel dorso aristata, superior multo-minor binervis interdum nulla. N. ab. E. g. XI.

Ag. vulgaris With. Gemeines St. In pratis, sylvis et collibus vulgat. Per. Jul. — Aug. Var. rubra (spiculis aristatis) sylvatica Poll. (spiculis viviparis) et stolonifera.)

Ag. alba Schrad. Weisses St. In locis humidis paludosis pratis et sylvis vulg. Per. Jul. — Aug. (A. stolonifera Lin.) Differt ligula oblonga. Variat culmo majore robustiore et humiliore aut repente.

## 2) Trichódium Schrad. Haargras.

Gr. θρίξ capillus.

Valvula inferior aristata, superior minima subnulla. Reliqua ut in gen. Agr.

Tr. caninum Schrad. Hundegras. In pratis pas-

cu's et locis turfosis. Per. Jul. — Aug. (Die Aehrchen meist mit langer Granne, purpurfarbig.)

## 3) Anemagróstis Trin. Windhalm.

Gr. ἄνεμος ventus.

Valvula inferior arista longissima infra apicem instructa. Pedicellus, rudimentum flosculi alterius, ad basin valvulae superioris. Reliqua ut in antecedente genere.

An. spica venti Lin. Gemeiner W. Inter segetes et in locis glareosis. An. Jun. — Jul.

## 4) Calamagróstis Roth. Reitgras.

Gr. κάλαμος arundo, ἀγρός ager.

Panicula valde ramosa effusa. Spiculae uniflorae, flosculo ad baseos latera pilis longis sericeis, rudimentis flosculorum duorum cincto. Valvae duae subaequales acuminatae muticae, valvulis multo longiores, post anthesin patentes. Valvulae 2 membranaceae inferior aristata.

C. Epigeios Roth. Land-R. (arista e medio dorsi recta). In campis arenosis, collibus et sylvaticis. Per. Jul. — Aug.

C. lanceolata Roth. Lanzettförmiges R. (arista terminali brevissima). In pratis humidis. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.!

## 5) Deyeúxia P. B. Deyeuxia.

Rudimentum floris superioris pedicelliforme pilosum ad basin fertilis insertum. Reliqua ut in genere priore.

D. stricta P. B. Gerade D. (arista infra medium dorsi recta). In pratis humidis. Per. Jul. — Aug. Dzg.! Niederfelde.

D. sylvatica P. B. Wald-D. (arista dorsali geniculata longa). In sylvaticis. Per Jul. — Aug. Dzg.! Redlau, Striessthal, Johannisberg. Klinsm. Zoppot. Pelonken.

## 6) Ammóphila Host. Sandrohr.

Gr. ἄμμος arena, φίλος amicus.

Panicula spicaeformis. Spicula uniflora, flosculo breviter pedicellato basi piloso cum pedicello subpiloso, rudimento flosculi alterius. Valvae lanceolatae carinatae subaequales flosculo vix longiores, submembranaceae. Valvulae lanceolatae subaequales submembranaceae muticae. Lodiculae conspicuae lanceolatae. Cariopsis oblongo-elliptica ventre sulco longitudinali instructa, valvulis laxe tecta.

Am. arenaria Lk. Gemeines S. (arundo arenaria Lin.) Ad littora maris. Per. Jul. — Aug. Colitur ad figendam arenam volitantem. Dzg.! Brösen, Heubude.

Am. baltica Lk. Baltisches S. In arenosis maritimis. Per. Jul. — Aug. Dzg. Klins. Westerplatte.

Trib. VII. Stipaceae Kunth. Stipulae convexae a dorso paulum compressae, vel teretes, uniflorae absque rudimento secundi floris. Valva inferior major. Lodiculae 3, in Milio 2. Styli nulli vel breves; stigmata plumosa, e latere spiculae emergentia. Cariopsis paleis induratis cartilagineis vel chartaceis arcte involuta.

## 1) Mílium Lin. Hirse.

Panicula ramis verticillatis remotis diffusis. Spiculae uniflorae. Valvae 2 membranaceae

muticae. Valvulae muticae chartaceae indurescentes.

M. effusum L. Gemeine Hirse. In umbrosis sylvaticis ubique. Per. Mai — Jun.

## 2) Stipa Lin. Pfriemengras.

Panicula spiculis unifloris, flosculis stipitatis. Valvae membranaceae subaequales, acuminatae. Valvulae 2 coriaceae cylindraceo-involutae, inferior apice aristata, arista longa torta, basi articulata, glabra vel plumosa.

St. pennata Lin. Fiederborstiges Pf. In collibus siccis apricis. Per. Mai — Jun. Gr.! bei Klodtken. Thorn. Ob. v. Nowicki.

St. capillata Lin. Haar-Pf. Iisdem in locis. Per. Jun. — Jul. Thorn. v. Nowicki.

Trib. VIII. Arundinaceae Kunth. Spiculae bi-multiflorae. Styli elongati. Stigmata aspergilliformia in medio vel supra medium floris emergentia. Koch. 787.

## Phragmites Trin. Rohrschilf.

Gr. φραγμίτης septimentis idoneus Plin. 32. 10.

Panicula ramosissima diffusa. Spiculae 3 — 5 florae. Rachis ad basin flosculorum pilis longis sericeis obsita. Valvae 2 acuminatae. Valvulae 2, inferior longissime acuminata superiore multo longior. Lodiculae magnae obtusae germen amplectentes. Cariopsis oblonga valvulis laxe cincta.

Ph. communis Trin. Gemeines R. (arundo phragmites Lin.) In stagnis, piscinis ad ripas fluminum rivulorumque vulg. Per. Aug. — Sept.

Trib. IX. Avenaceae Kunth. Spiculae bi — multiflorae, flore terminali saepe tabescente. Valva magna spiculam fere cingens. Styli brevissimi vel nulli, stigmata plumosa, e basi floris utrinque egredientia.

## 1) Airochloa Link. Schmielenhafer.

Panicula arrecta. Spiculae biflorae flosculo superiore stipitato cum rudimento floris tertii pedicelliformi. Valvae oblongae carinatae subaequales flosculos includentes. Valvula inferior mutica aut apice mucronata aut sub apice aristata, arista recta a carina haud distincta. Lodiculae bidentatae (flosculi decidui).

A. cristata Lk. Kammförmiger Sch. Koeleria cristata Pers. Aira cristata Lin. In locis arenosis siccis sterilibus. Per. Jun. — Jul. Dzg.! bei Brösen, Heubude. Var. gracilis, major, villosa, glauca et bulbosa.

## 2) Aira Trin. Schmiele.

Gr. αἶρα gramen.

Panicula ramosa sub anthesi diffusa. Spiculae biflorae, flosculis deciduis basi pilosis, inferiore sessili, superiore brevi pedicellato. Valvae membranaceae subaequales flosculis submajores. Valvula inferior apice bifida, infra medium dorsi arista inferne contorta instructa. Lodiculae lanceolatae. Cariopsis elliptica, ventre sulco profundo notata.

A. caryophyllea Trin. Nelken-Sch. In campis arenosis, ericetis et sylvarum oris. An. Jun. — Jul. Gr.! Dzg.!

A. praecox Trin. Frühe Sch. In campis sterilibus. An. Apr. — Mai. Gr.! Dzg.!

### 3) Deschampsia Trin. Feldschmiele.

Spiculae biflorae, flosculo inferiore sessili superiore longius pedicellato cum rudimento flosculi tertii pedicelliformi piloso. Valvula inferior basi vel supra basin arista setiformi instructa. Reliqua ut gen. antec.

D. caespitosa D. Rasige F. Aira caespitosa Lin. In pratis fertilibus et sylvaticis. Per. Jun. — Jul. Gr.! Dzg.! Var. pallida Gr.!

### 4) Avenaria Haferschmiele.

Spiculae biflorae, flosculis subsessilibus basi pilosis deciduis. Valvula inferior supra basin arista inflexa instructa. Cetera ut generis Airae.

Av. flexuosa Lin. Gebogene H. In sylvis et ericetis. Per. Jun. — Aug. Gr.! Dzg.! Foliis linearibus, ligula obtusa emarginata vel bifida.

### 5) Corynephorus P. Beauv. Keulengras.

Gr. κορύνη clava, φέρειν ferre.

Panicula subramosa; spiculae biflorae, flosculo superiore pedicello piloso instructo. Valvae 2 aequales membranaceae flosculis majores. Valvula inferior supra basin aristata; arista medio articulata, pars inferior stricta, sulco valvulae immersa apice verticillatim setosa, pars superior clavata. Valvula superior apice triloba. Lodiculae 2, bilobae. Cariopsis obovata valvulis tunicata.

C. canescens Beauv. Graues K. In collibus sterilibus. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.! Höhe bei Miggau.

## 6) Hierochloa Gm. Darrgras.

Panicula coarctata sub anthesi expansa. Spiculae triflorae, flosculis lateralibus masculis triandris, terminali hermaphrodito diandro. Valvae duae flosculis aequales naviculari-carinatae membranaceae. Valvulae membranaceae, inferior carinata acuminata vel aristata quinquenervia superior in flosculis masculis binervia in fl. hermaphrodito uninervia. Lodiculae duae lanceolatae. Cariopsis obovata, valvis et valvulis cincta. F. N. ab. E. XIV.

H. borealis R. et R. Nördliches D. In pratis humidis. Per. Mai. Dzg.! bei Mariensee. Kahlbude. Panicula divaricata, pedicellis glabris, flosculis compressis, valvula floris masculi inferior aristata hirsuta, fl. hermaphroditi mutica. Herba odorata. Flos Anthoxantho simillimus. Gramen hoc in fasciculos manuales colligitur saepe, a pueris et ante templi fores diebus festis distrahitur. Loes. pag 111. Inde nomen accepit Gramen Mariae et Hierochloa, gramen sanctum, Gmel. fl. sib. 1. p. 101.

## 7) Holcus Lin. Honiggras.

Gr. ὁλκός Plin. 27. 10.

Panicula coarctata sub anthesi expansa. Spiculae deciduae biflorae, flosculis pedicellorum apici calloso lateraliter insidentibus. Valvae subaequales naviculari-carinatae flosculis majores, inferior unicarinata, superior tricarinata. Valvulae membranaceae, inferior navicularis, in flosculo superiore saepius masculo arista curvata instructa superiore binervia bicarinata. Lodiculae 2 acuminatae. Cariopsis oblonga a latere compressa.

H. lanatus L. Wolliges H. In pratis et pascuis ubique. Per. Jun. — Sept. Der Name Holcus von ἕλκειν trahere. Plin.: herba, quae circa caput alligata, vel circa lacertum, educit e corpore aristas.

## 8) Hippochloe Pferdegras.

Spiculae biflorae, cum rudimento flosculi tertii pedicelliformi piloso ad basin flosculi superioris. Flosculi ad basin pilosi. Valvula flosculi superioris arista geniculata instructa. Reliqua ut gen. antec.

H. mollis Weiches Pf. In sylvaticis, ad agrorum margines. Per. Jul. — Sept. Holcus mollis Lin.

## 9) Arrhenáterum P. B. Glatthafer.

Panicula diffusa ramis semiverticillatis. Spiculae triflorae, flosculo inferiore masculo, supremo inevoluto. Valvae 2 membranaceae concavae, superior longior, flosculos aequans. Valvulae 2, inferior concava apice bifida aristata, superior bicarinata. Arista in flosculo masculo longa inferne torta infra medium dorsi orta, in fl. herm. brevissima terminali. Lodiculae 2 lanceolatae longae. Cariopsis oblonga pubescens. N. ab. E. XV.

Ar. avenaceum P. B. Haferartiger Gl. Avena elatior Schreb. In pratis, pascuis et collibus. Per. Jul. — Aug. Gr.!

## 9) Avéna Lin. Hafer.

a. v. aveo?? Vossius. Gr. βρόμος.

Panicula ramosa, spiculae 2 — 3 florae, flosculo summo tabescente. Valvae 2 convexae membranaceae muticae; inferior brevior. Valvulae 2 inferior apice bidentata vel biaristata, arista

dorsali geniculata basi torta. Lódiculae 2 lobatae vel integrae. Cariopsis oblonga interne sulcata, glabra vel apice pilosa.

A. sativa Lin. Gemeiner H. Colitur. An. Jul. Die Blüthchen weiss, goldgelb oder röthlich, gegrannt oder ohne Granne. Soll von der Insel Fernandez stammen.

A. orientalis Schreb. Fahnen-Hafer, türkischer oder ungarscher H. Colitur. Jul. — Aug. An. (Unterscheidet sich von dem vorigen durch eine zusammengezogene einseitige, an der Spitze nickende Rispe und eine 7nervige untere Blumenklappe.

A. strigosa Schreb. Striegel-H. Colitur et passim inter segetes. An. Jul. — Aug. Mit fast einseitiger Rispe und dreiblüthigen Aehrchen. Die Blümchen an der Spitze zweitheilig mit zwei geraden kurzen Grannen und einer sehr langen geknieten Rükkengranne.

A. fatua L. Tauber H. Inter segetes. An. Jul. — Aug. Hat bräunliche an der Spitze grüne, etwas rauhe Blümchen, die an der Basis mit dichten gelben oder gelbbraunen Härchen umgeben sind.

## 10) Avenástrum Glanzhafer.

Panicula contracta. Spiculae 2florae cum rudimento flosculi tertii longe pedicellato penicilliformi, rachi strigosa. Valvae et valvulae apice scariosae, valva superiore bi — tricarinata nervis carinae scabris, valvula inferiore scabriuscula. Reliqua ut g. Av.

Av. pubescens. Weichhaariger Gl. In pratis, pascuis et sylvis. Per. Mai — Juni.

## 11) Trisétum Dreiborstenhafer.

Panicula diffusa aequalis, spiculis trifloris, axi piloso. Valva superior subtrinervia, valvula

inferior apice biseta, dorso aristata. Reliqua ut gen. Av.

Tr. flavescens L. Gelblicher D. In pratis, pascuis locisque graminosis rarius. Per. Jul. — Sept.

## 12) Triódia R. Brown. Dreizahn.

Gr. τρία tres, ὀδούς dens.

Panicula subsimplex. Spiculae ovato-oblongae 5florae deciduae, flosculo extremo sterili. Valvae 2 aequales, flosculis sublongiores. Valvula inferior naviculari-concava, basi barbata margine ciliata, apice tridentata; superior bicarinata margine ciliata. Lodiculae carnosae membranaceae apice emarginato-bidentatae. Cariopsis obovata compressa, carpophoro suffulta valvulis obtecta.

Tr. decumbens P.B. Niederliegender Dr. Festuca decumbens Lin. In pratis pascuis, ad sylvarum margines. Per. Jun. — Jul. Gr.! Dzg.!

## 13) Mélica Lin. Perlgras.

Panicula ramis paucis coarctatis aut secundis. Spiculae ovatae, 3 — 5 florae flosculi 2 — 3 superiores tabescentes, infimus reliquos involvens. Valvae ovatae membranaceae flosculos subaequantes. Valvula inferior concava 5 — 7 nervia, nervis marginalibus ciliatis. Lodiculae connatae germinis basin cingentes. Cariopsis oblonga valvulis laxe obtecta.

M. uniflora Retz. Einblüthiges P. In sylvis umbrosis. Per. Jun. — Jul. Gr.! Dzg.!

M. nutans Lin. Nickendes P. In sylvis frondosis. Per. Mai — Jun. Gr.! Dzg.!

## 14) Briza P. B. Zittergras.

Gr. βριζα farrago et secale Plin.

Spicula laxa. Spiculae multiflorae ovato compressae, flosculis distiche-imbricatis deciduis. Valvae ventricosae flosculis multo breviores. Valvula inferior naviculari-concava, margine supergrediente. Lodiculae ovato-oblongae margine dentatae. Cariopsis ovata, valvulis laxe cincta.

B. media L. Mittleres Z. In pratis ubique. An. Jun. — Jul.

Trib. X. Festucaceae Kunth. Spiculae bi — multiflorae, flore terminali saepe tabescente, pedicellatae. Valvae flore proximo breviores. Styli brevissimi vel nulli, stigmata e basi floris utrinque egredientia.

## 1) Poa Lin. Rispengras.

Gr. πόα.

Panicula effusa. Spiculae 3 — 5 florae, ovatae aut oblongae, compressae, rachi articulata pilosa. Valvae et valvulae ovato-carinatae muticae. Lodiculae 2 membranaceae. Cariopsis oblonga, dorso convexa, ventre plana.

P. annua L. Jähriges R. In cultis, incultis, circa domos ubique. An. Floret per totum annum. Panicula unilaterali divaricata, ramis fructiferis solitariis vel geminis deflexis, flosculis glabris.

P. bulbosa L. Knolliges R. In locis apricis incultis. Per. Mai — Jun. Panicula erecta patente, ramis geminis solitariisque scabris, flosculis basi lanuginosis, culmo basi saepe bulboso, ligula oblonga acuta.

P. nemoralis Lin. Wald-R. In sylvis et dumetis. Jul. — Aug. Per. Panicula patente ramis scabris, inferioribus geminis quinisve, ligula brevissima truncata.

P. fertilis Host. Fruchtbares R. P. palustris Roth. In pratis humidis, ad ripas. Per. Jun. — Jul. Panicula diffusa, ramis scabris, inferioribus plerumque quinis, ligula oblonga acuta.

P. trivialis Lin. Gemeines R. In pratis et locis humidis. Per. Jun. — Jul. Panicula patente, ramis scabris, inferioribus quinis, vaginis scabris, ligula protracta oblonga acuta.

P. pratensis Lin. Wiesen-R. In pratis pascuis et arvis arenosis. Per. Mai — Jun. Panicula patente, ramis scabris, inferioribus quinis, flosculis lana longe protrahenda basi connexis, radice stolonibus elongatis repente.

P. compressa Lin. Zusammengedrücktes R. In locis siccis arenosis. Per Jun. — Jul. Differt culmis ancipiti-compressis basi procumbentibus.

## 2) Catabrósa P. B. Wasserschmiele.

a. v. καταβιβρώσκω comedo.

Panicula diffusa, spiculis bifloris, flosculis deciduis, superiore pedicellato. Valvae duae flosculis multo breviores inferior ovata minima, superior obovata crenulata. Valvulae aequales apice scariosae truncatae emarginulatae, inferior ovata carinata, superior bicarinata. Lodiculae ovatae germine breviores. Cariopsis ovata, stylo et stigmate persistente terminata.

C. aquatica P. B. Gemeine W. Aira aquatica Lin. In aquis stagnantibus fossis et pratis paludosis. Per. Jun. — Jul. Dzg.! Niederfelde. Heubude. Valvae et valvulae atropurpureae.

## 3) Hydróchloa Hartm. Wassergras.

ὕδωρ aqua, χλοα gramen.

Panicula effusa, spiculae compressae lineares 5 — 11 flores deciduae. Valvae et valvulae sub-

aequales ovatae obtusae, valvae uninerviae, valvula inferior concava septemnervia, superior bicarinata. Lodiculae 2 truncatae. Cariopsis ovata nitida, ventre subsulcata.

H. aquatica Hartm. gram. suec. Gemeines W. In aquis stagnantibus et ad ripas. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.! Blüthchen bläulich, Saamenkörner schwarzbraun, glänzend, fein gestreift.

## 4) Molínia Schrank Schmiegen.

Panicula ramis erectis aut patentibus remotis. Spiculae conicae 3 — 5 florae, flosculo summo tabescente. Valvae inaequales, uninerviae, muticae flosculo infimo minores. Valvulae oblongae subaequales muticae, inferior convexo-carinata, superior bicarinata. Lodiculae membranaceae. Cariopsis oblonga teretiuscula.

M. coerulea Moench. Bläulicher Sch. In pratis humidis turfosis. Per. Aug. — Sept. Dzg.! Nenkau. Die Aehrchen bläulich, der Halm an der Basis knollig, meistens nur mit einem Knoten.

## 5) Glyceria L. Süssgras, Mannagras.

Gr. γλυκύς dulcis.

Panicula ramis arrectis sparsis remotis. Spiculae 7 — 13 florae, rachis articulis fragilibus insertae. Valvae membranaceae inaequales muticae. Valvula inferior convexo-carinata obtusa 5 — 7 nervia, superior bicarinata. Lodiculae truncatae. Cariopsis ovata, ventre sulco notata.

Gl. fluitans Fr. N. ab. E. gen. pl. XV. t. 13. Gemeines S. Ad aquas stagnantes. Per. Gr.! Dzg.! Jun. — Jul. Festuca fluitans Lin. Wächst auf sumpfigen Wiesen besonders am Rande der Wassergrä-

ben, und ist sowohl wegen seines nutzbaren Halmes, als auch wegen der Körner, welche die schönste Grütze geben, zum Anbau sehr zu empfehlen. Aus der stark faserigen Wurzel kommen 8 bis 12 an ihrem Grunde dicke, niederliegende und an den Knoten Wurzel treibende Stengel, die sich später aufrichten und zum Wasser neigen. Die Blüthenrispe lang, mit entfernten Aesten. Von den Aesten, welche zu dreien aus den Knoten der Spindel entspringen, tragen zwei seitliche nur ein Aehrchen, der dritte aber 3—4. Die Aehrchen lang linienförmig, die obere zuerst aufblühend und schon abgefallen, wenn die untern kaum aus der Blattscheide gekommen sind. Daher können die Samen nur mühevoll durch Abstreifen oder Abklopfen in einzelnen Zwischenräumen gesammelt werden. Nach dem Verblühen sind die Rispenäste offenstehend. Auf einer sumpfigen Bergwiese bei Kahlbude fand ich die Fruchtknoten auf dieselbe Weise, wie beim sogenannten Mutterkorn des Roggens verändert. Die Körner waren 2 bis 3 mal länger als die Spelzen, meistens hornartig gebogen, äusserlich dunkelviolett, innerlich weiss, von bitterlichem Geschmack. Ich habe jedoch mehrere Körner ohne einige Unbeschwerde gegessen.

Gl. aquatica F. N. ab. E. ibid. Wasser-S. Ad aquas stagnantes. Per. Jun. — Jul. Gr.! Dzg.! Die Rispenäste stehen gewöhnlich zu vieren und sind zum Theil wieder ästig, der eine Ast 7 — 8, der zweite 3 — 4, der dritte 2, der vierte eine Aehre tragend. Die Aehrchen schmal linienförmig und die Blüthen nur halb so gross, als bei der vorigen Art.

## 6) Dáctylis Lin. Knauelgras.

Gr. δάκτυλος digitus.

**Panicula ramosa spiculis conglomeratis sub anthesi expansis, 3 — 5 floris, flosculo summo tabescente. Valvae 2 inaequales, inferior brevior uninervia, superior longior trinervia, utraque acuminata mucronata. Valvula inferior carinata**

5 nervia, nervo medio scabro in mucronem excurrente, superior bicarinata. Lodiculae membranaceae margine dente acuminato auctae. Cariopsis oblonga ventre plana dorso convexa valvulis laxe cincta. N. ab. E. XV.

D. glomerata Lin. Gemeines K. In pratis et sylvis. Per. Jun. — Jul.

## 7) Cynosúrus Lin. Kammgras.

Gr. κύων g. κυνός canis; οὐρή cauda.

Panicula spicaeformis, spiculis subsecundis conglomeratis 3 — 5 floris, juxtapositis sterilibus pectiniformibus. Valvae lanceolatae uninerviae. Valvula inferior 5 nervia mucronata, superior bicarinata. Lodiculae dente laterali instructae. Cariopsis oblonga valvulis obtecta.

C. cristatus Lin. Gemeines K. In pratis et campis sterilibus. Per. Jun. — Jul.

C. echinatus Lin. Igel-K. In pratis, cultis, ad vias Europ. austr. An. Mai — Jul. Gr.! Panicula coarctata ovata, spiculis fatuis longissime aristatis. Semina forsitan per Vistulam alluta.

## 8) Festuca Lin. Schwingel.

Festuca virga Plin. 18, 27.

Panicula ramosa, spiculis multifloris, compresso distichis, flosc. supremo tabescente, rachi calloso-articulatae insidentibus. Valvae acutae inaequales flosculo inferiore breviores. Valvula inferior 3 — 5 nervia carinata, arista breviore instructa, superior bicarinata. Lodiculae basi inflatae, apice bilobae. Cariopsis oblonga valvulis adnatis cincta. N. ab. E. XIV.

F. ovina L. Schaf-Sch. In pratis et collibus ubique. Per. Mai — Jun. Valvula inferiore obsolete 5nervia, superiore oblongo-lanceolata apice bidentata, foliis omnibus complicato-setaceis, ligula biaurita K. syn. g. 812. Var. vulgaris, tenuifolia, duriuscula, glauca.

F. rubra L. Rother Sch. In pratis et campis arenosis. Per. Mai — Jun. Differt radice stolonifera cespitesque laxos agente. Var. lanuginosa Dzg.! Heubude.

## 9) Schedonórus P. B. Rohrschwingel.

Panicula ramosa. Spiculae pedicellatae, pedicellis cuneiformibus, compressae vel teretiusculae 5 — multiflorae. Reliqua ut in gen. antec. N. ab. E. XIV. (Folia plana, ligula non biaurita.)

Sch. sylvatica P. B. Wald-R. In sylvis umbrosis. Per. Jun. — Jul. Gr.! Foliis lanceolato-linearibus supra glaucis subtus laete viridibus margine scabris, ligula oblonga obtusa radice fibrosa.

Sch. gigantea Vill. Riesen-R. In sylvis umbrosis. Per. Jun. — Jul. Gr.! Aristis flexuosis valvula duplo longioribus ligula brevissima. Bromus giganteus Lin.

Sch. pratensis P. B. Wiesen-R. In pratis fertilibus. Per. Jun. — Jul. Gr.! Dzg.! Panicula unilaterali, ramis scabris geminis, altero brevissimo spiculam unam, altero racemoso spiculas 3 — 4 gerente, ligula brevissima. Fast. elatior Lin.

Sch. arundinacea Schreb. Gemeine R. Gr.! Dzg.! Panicula diffusa nutante, ramis scabris geminis ramulosis spiculas 5 — 15 gerentibus. Fest. elatior Lin.

## 10) Mygalurus Link. Mäusegras.

Gr. μυγαλῆ mus araneus, ὀυρή cauda.

Panicula racemosa subsecunda, pedicellis incrassatis. Spiculae 4 — 5 florae, flosculis rachi calloso-articulatae insidentibus, supremo tabes-

cente. Valvae 2 inaequales inferior multo minor interdum deficiens superior trinervia, utraque acuminata. Valvula inferior carinata 5nervia, nervo medio in aristam longam excurrente, superior bicarinata margine ciliata. Lodiculae ovato acuminatae, dente laterali donatae. Cariopsis oblonga, ventre profunde sulcata, paleis adnatis tunicata. N. ab. E. XIV. (Vulpia Gmel.)

M. latifolia L. Breitblättriges M. In locis incultis arenosis. An. Jul. Gr.! Dzg.! Mariensee. Spiculae 3 — 4 florae, flosculo supremo tabescente aristata, arista valvula duplo longior tenuis. Folia lata, ligula biaurita.

## 11) Sclerochloa Reich. Hartgras.

Gr. σκληρός durus, χλόα gramen.

Panicula subramosa rigens, rachi antice excisa; pedicellis a spiculis articulatim distinctis. Spiculae secundae teretiusculae vel compressae. Valvae 2 herbaceae, carinatae obtusae, flosculis inferioribus breviores, inferior uninervia, superior trinervia. Valvulae 2 oblongae subaequales, inferior trinervia superiorem bicarinatam apice emarginatam vel bifidam amplectens. Lodiculae ovatae margine dente notatae. Cariopsis oblonga, ventre plana valvulis adnatis tunicata. N. ab. E. XV.

Sc. rigida Panzer. Starres H. In graminosis siccis rarius. An. Mai — Jun. Gr.!

## 12) Brachipódium P. Beauv. Zwenke, Stielschwinge.

Gr. βραχύς brevis, πούς pes.

Spica e spiculis alternis et subdistichis, brevissime pedicellatis, rachi exciso-articulatis in-

sidentibus, composita. Valvae 2 inaequales muticae. Valvula inferior quinque vel plurinervio nervo medio in aristam producto, superior bicarinata margine ciliata. Lodiculae ovato-acuminatae integrae et ciliatae. Cariopsis oblonga, ventre excavata, paleis arcte inclusa. N. ab. E. XIV.

B. pinnatum P. B. Gefiederte Z. In collibus apricis. Per. Jun. — Jul. Gr.!

## 13) Brómus Lin. Trespe.

Gr. βρόμος a. v. βρεμεῖν tremere Plin. 21. 25.

Panicula ramosa et diffusa. Spiculae multiflorae compressae vel teretiusculae flosculo supremo tabescente. Valvae 2 basi sese amplectentes, flosculis breviores muticae. Valvula inferior 5 — 7 nervia, apice bifida, nervo medio in aristam excurrente, superior bicarinata margine ciliata. Styli duo infra apicem germinis inserti brevissimi vel nulli. Lodiculae 2 obovatae. Cariopsis oblongo-linearis, ventre sulcata valvula superiore tunicata. N. ab. E. XIV.

A. Valvis concavis, superiore 5 — multinervi; spiculis oblongis vel lanceolatis.

Br. secalinus L. Roggen-Tr. In agris inter segetes. An. Jun. — Jul. Panicula patente, fructifera apice nutante, spiculis oblongis; flosculis demum distinctis remotiusculis teretibus aristis flexuosis, brevioribus vel valvulas aequantibus. Variat: spiculis majoribus glabris vel scabris (Br. grossus Gaud.) vel spiculis majoribus hirto velutinis (Br. velutinus Gaud.) et spiculis minoribus glabris vel scabris (B. vulgaris Schrad. Koch. syn. 819.)

Br. mollis L. Weiche Tr. In pratis, pascuis, ad vias. Bien. Mai — Jun. Panicula erecta, deflo-

rata coarctata, spiculis ovato-oblongis pubescentibus vel nudis scabriusculisque, flosculis lato-ellipticis margine obtusangulis, fructiferis imbricatis, aristis rectis glumam subaequantibus.

Br. arvensis L. Acker-Tr. Inter segetes. An. Jul. — Aug. Panicula patente erecta, fructifera subnutante, spiculis lineari-lanceolatis, flosculis elliptico-lanceolatis margine obtusangulis imbricatis, aristis rectis.

Br. racemosus Lin. Traubige T. In pratis et pascuis. An. Jul. Gr.! Dzg.! Oberkahlbude. Panicula racemosa erecta vel subnutante, deflorata coarctata, spiculis ovato-oblongis glabris, flosculis lato-ellipticis margine rotundatis, fructiferis imbricatis aristis rectis, foliis vaginisque inferioribus pilosis.

B. Valvis compresso-carinatis, inferiore uninervi, superiore trinervi; spiculis oblongis, superne latioribus.

Br. sterilis Lin. Unfruchtbare Tr. In agris, muris ad sepes. An Jun. — Sept. Panicula laxa apice nutante, ramis elongatis apice nutantibus, spiculis oblongis superne latioribus, flosculis lanceolato-subulatis, aristis rectis valvula longioribus.

Br. tectorum L. Dach-Tr. In collibus siccis, muris et tectis. An. Mai — Jun. Panicula nutante subunilaterali, spiculis linearibus teretiusculis, flosculis lanceolato-subulatis, aristis rectis valvulam subaequantibus.

C. Valvis obtusis, inferiore uninervi, superiore trinervi, spiculis lineari-lanceolatis. Valvula inferiore mutica vel brevissime aristata, superiore margine brevissime puberula.

Br. asper L. Rauhe Tr. In sylvis et nemoribus. Per. Jun. — Jul. Panicula ramosa flaccida nutante, spiculis 7 — 9 floris, foliis lanceolato-linearibus planis cum vaginis villosis, ligula brevissima.

Br. montana Savi. Berg-Tr. Ad agrorum margines, fossas viasque rarius. Per. Jun. — Jul. Panicula aequali erecta, ramis inferioribus ternis senisque, spiculis 3 — 10 floris, foliis planis, radicalibus angustissimis ciliatis, ligula brevi.

Br. inermis De. Wehrlose Tr. In pratis ad agrorum margines. Per. Jun. — Jul. Panicula aequali erecta, ramis quaternis senisve, foliis linearibus planis glabris, ligula brevi.

Trib. XI. Hordeaceae Kunth. Spiculae 2 — multiflorae, flore terminali saepe tabescente, ad excisuras racheos sessiles; pedicelli nulli. Styli brevissimi vel nulli. Stigmata plumosa, e basi floris utrinque egredientia.

## 1) Triticum Lin. Weizen.

Triticum a. v. tero. Plin. 18, 7. Gr. πυρός.

Spica composita, spiculae rachi articulato-dentatae insidentes, a latere compressae, tri- vel quadriflorae, flosculis distichis supremo non raro abortivo. Valvae latae subaequales herbaceae vel coriaceae carinatae, ventricosae apice truncatae dentatae, muticae vel aristatae flosculis breviores. Valvula inferior multinervia mutica vel aristata, superiorem membranaceam bicarinatam amplectens. Germen obovatum apice villosum. Lodiculae ciliatae. Cariopsis elliptica, apice pilosula, ventre sulco longitudinali notata. N. ab. E. XIII.

A. Cariopsis libera, rachis tenax.

Tr. vulgare Lin. Gemeiner W. Colitur. Ex Asia ortum. An. et bien. Aehre vierseitig, die gewöhnlich vierblüthigen Aehrchen dachziegelförmig sich

deckend, die Deckklappen bauchig-eiförmig, abgestumpft, stachelspitzig gegen die Spitze zusammengedrückt, mit gewölbtem Rücken und hervorragendem Nerv. Die Blüthen gegrannt oder ungegrannt, gedrängt oder entfernt stehend, glatt oder sammetharig, weiss, bräunlich oder schwärzlich. Saamen länglich ausfallend. Der weisse und bräunliche Weizen wird als Sommer- und Winterfrucht gebaut, der schwarze nur als Sommerfrucht.

Tr. turgidum Lin. Kolben-W. Colitur. An. et bien. Mit vierseitiger Aehre, dachziegelförmigen vierblüthigen Aehrchen; die Deckklappen bauchig-eiförmig, abgestumpft, stachelspitzig gekielt; der ganze Kiel vorragend, fast flügelförmig. Unterscheidet sich von dem vorigen durch eine stärkere Aehre und dichter stehende Aehrchen. Es werden Abarten mit gegrannten oder ungegrannten, weissen, bräunlichen oder bläulichen, glatten oder sammetartigen äussern Blüthenklappen, mit zusammengedrängter oder schlaffer und am Grunde ästiger Aehre gebaut. Die unbehülsten Körner sind eiförmig, dick.

Tr. durum Desf. Harter W. Colitur. Mit vierseitiger dachziegelförmiger Aehre, vierblumigen Aehrchen; die Deckklappen bauchig-länglich, drei Mal länger als breit, stachelspitzig gekielt, mit vorragendem fast flügelförmigem Kiel. Die Blumen lang gegrannt. Die Saamenkörner eiförmig, dick, fast dreieckig. Wird hier und da gebaut.

Tr. polonicum Lin. Polnischer W. Colitur. An. et bien. Mit vierseitiger oder zusammengedrückt unregelmässiger Aehre, drei — vierblüthigen Aehrchen; Deckklappen fast bauchig, länglich, lanzettförmig, fast papierartig, deutlich vielnervig, auf dem Rücken gekielt, an der Spitze kurz zweizähnig. Hat eine grössere Aehre als die vorhergehenden Arten, grössere an der Spitze ungleich zweizähnige Deckklappen. Die zwei untern Blümchen sind lang gegrannt, das dritte und vierte viel kleiner und wehrlos. Die ganze Pflanze bläulich-grau, wird gebaut und verlangt ein warmes Klima.

B. Cariopsis corticata, rachis fragilis.

Tr. Spelta Lin. Spelz-W., Dinkel. Die Aehre flach zusammengedrückt, die Aehrchen entfernter stehend, drei — vierblüthig, die Deckklappen breit, eiförmig, abgestumpft, zweizähnig, der Kielzahn gerade, der vordere verwischt. Die Saamenkörner eiförmig, abgestumpft, von den rindenartigen Blüthenhüllen eingeschlossen Die Blüthenhülle weisslich, bräunlich oder röthlich, glatt oder sammetharig, gegrannt oder ungegrannt. Vaterland unbekannt. Bei uns selten gebaut.

## 2) Agropyrum Gaertn. Queckengras.

Gr. ἀγρός ager, πυρός triticum.

Spica disticha composita, spiculae 3 — 5 florae rachi excisae dentatae lateribus insidentes, flosculis sursum decrescentibus, omnibus fertilibus. Valvae lanceolatae acuminatae. Valvulae 2 lanceolatae, inferior obtusa mucronata vel aristata, superiorem membranaceam amplectens. Lodiculae oblongae. Cariopsis oblonga, ventre excavata, apice pilosa, tunicata.

A. repens P. B. Kriechendes Q. Ad vias, sepes, in agris. Per. Jun. — Jul. Foliis supra punctulis acutis solitariis scabris, radice repente. Var.: foliis supra et rachi pubescentibus. Gedani! Der kriechende Wurzelstock enthält Zucker und ist officinell.

A. caninum P. B. Hunde-Q. In nemoribus frondosis umbrosis. Per. Jun. — Jul. Foliis utrinque scabris, radice fibrosa.

A. junceum Lin. Binsenartiges Q. Ad littora maris. Per. Jun. — Aug. Dzg. Klinsm. Zoppot. Westerplatte. Valvis lineari lanceolatis 9 — 11 nerviis; foliis supra molliter densissime brevissimeque velutinis.

## 3) Secále Lin. Roggen.

Secale a. v. seco. Plin. 18, 16. Gr. βρίζα.

Spica compressa composita, spiculis rachi articulato-dentatae insidentibus, trifloris, flosculo supremo sterili. Valvae lanceolatae carinatae aequales. Valvula inferior acuminata aristata, superior bicarinata. Lodiculae basi ventricosae apice ciliatae. Cariopsis elliptica, ventre sulcata, tunicata. N. ab. E. XIII. 15.

Labellum maximum inflatum calceoliforme basi muticum. Antherarum loculi discreti subbivalves. Pollen granulosum demum cereaceum. Rostellum et proscolla nulla. Flores pedunculati terminales solitarii. N. ab. E. V. 17.

C. calceolus Lin. Venusschuh. In sylvis et nemoribus petrosis. Per. Mai — Jun. Hagen. Oelhafius reperit in sylva ad Lappin et Hochwasser prope Gedanum? Flores speciosissimi; perigonii laciniae fusco purpureae; labellum flavum, rubro-punctatum.

# III. Fam. Irideae Juss. Irisfamilie.

Plantae pratenses. Radix fibrosa. Rhizoma bulbosum aut carnosum tuberculatum. Folia ensiformia parallelinervia basi amplectentia. Flores

spatha involucrati. Perigonium 6 partitum, laciniis 3 exterioribus et interioribus inaequalibus, praefloratione alternativa et convoluta. Anthophorum et staminophorum cum germine connata. Stam. 3, antheris extrorsum dehiscentibus. Ovarium triloculare, trivalvis, valvis introflexis, angulo interno seminigeris; stigmata 3 simplicia vel petaloidea. Capsula 3locularis 3valvis, loculicide dehiscens. Semina numerosa. Embryo in albumine carnoso aut corneo, radicula prope hilum sita.

## 1) Iris Lin. Schwertel.

a. v. ἶρις Colum. 12 - 20. a coelestis arcus similitudine.

Laciniae tres exteriores reflexae basi barbatis vel imberbibus, interioribus erectis, omnibus post anthesin deciduis. Stigmata petaloidea supra carinata subtus canaliculata, stamina tegentia. N. ab E. V. 18.

I. pseudacorus L. Sumpf-Sch. Ad fossas et paludes ubique. Per. Jun. — Jul. Flores flavi, laciniae exteriores loco barbae macula fulva, veris atris vel atropurpureis picta, notatae. K.

I. foetidissima L. Stinkende Sch. In nemoribus humidis et paludosis. Per. Jun. — Jul. Nach Reiger bei Danzig im ehemaligen Bauamte? Flores laciniae exteriores plumbeo coeruliae, nigro-striatae, interiores flavae.

I. sibirica L. Sibirische Sch. In pratis humidis. Per. Jun. — Jul. Gr.! Stadt-Wiese. Perig. laciniae exteriores coeruleae, veris violaceis reticulatae, interiores violaceae.

I. germanica L. Deutsche Sch. In collibus herbidis argillosis. Per. Apr. — Mai. Hagen. Dzg. O.

Flores dilute-violacei, laciniae exteriores ad basin internam barbatae.

## 2) Gladiolus Tourn. Siegwurz.

Gr. ξίφιον gladius, a foliorum forma.

Perigonii laciniae inaequales, campanulato-ringentes. Stylus filiformis, stigmata 3 dilatata. Flores subracemosi secundi spatha bivalvi involucrati.

Gl. communis Lin. Gemeine S. In pratis. Per. Mai — Jun. Dzg. W. Auf den Bergen zwischen Pietzkendorf und Brentau? Rhizoma bulbosum solidum, tunicatum, tunicarum fibris parallelis ad apicem anastomosantibus. Den deutschen Namen führt die Pflanze von dem Glauben, dass die Zwiebel den, der sie bei sich trägt, unverwundbar mache. Tabern. 1024.

### B. Flores regulares.

Familiae:

1) Amaryllideae, Amaryllisfamilie. 2) Alliaceae, Knoblauchfamilie. 3) Asphodeleae, Asphodillfamilie. 4) Liliaceae, Lilienfamilie. 5) Convallariaceae, Maiblumenfamilie. 6) Asparagineae, Spargelfamilie.

## I. Fam. Amaryllideae R. Br. Amaryllisfamilie.

Herbae pratenses, vernales. Rhizoma bulbosum. Folia nervosa. Flores terminales spatha simplici carinata involucrati. Perigonium 6 partitum, laciniis 3 interioribus, 3 exterioribus, praefloratione alternative imbricata. Stamina 6 antheris introrsum dehiscentibus. Germen triloculare multiovulatum, ovulis angulo centrali affixis. Sty-

lus 1, stigma tripartitum. Capsula trilocularis trivalvis loculicide dehiscens vel baccacea. Semina numerosa. Albumen carnosum. Embryo prope hilum situs.

### Galanthus Lin. Schneeglöckchen.

Nomen obtinet a floris colore γάλα lac, ἄνθος flos.

Perigonii laciniae tres internae breviores apice emarginatae medio nectariferae. Capsula ovata; semina subglobosa.

G. nivalis L. Gemeines Sch. In pratis humidis et nemoribus. Per. Apr. — Mai. Flos solitarius nutans niveus, laciniae interiores apice viridi-maculatae.

An. Genera: Amaryllis, Narcissus, Leucoium in hortis culta huc pertinent.

## II. Fam. Alliaceae, Lauchfamilie.

Herbae graminosae arenicolae. Rhizoma bulbosum. Scapus solidus aut fistulosus. Folia linearia teretia, solida aut fistulosa. Flores terminales umbellato-capitati, spatha simplici aut bivalvi involucrati. Perigonium 6 partitum. Stam. 6, antheris introrsum dehiscentibus. Germen triquetrum. Capsula membranacea loculicide trivalvis trilocularis. Semina solitaria vel bina in singulo loculo, testa nigra rugosa. Embryo in albumine carnoso excentricus fulcatus. N. ab. E. IV. 16., 17.

### 1) Allium Rich. Lauch.

Perig. ad basin 6 partitum patentissimum; filamenta omnia subulata libera; spatha diphylla.

a Scapus solidus, folia teretia et subteretia.

Al. Schoenoprasum L. Schnittlauch. Ad ripas Albis, Rheni, Mosellae et Moldaviae. Colitur in hortis culinareis. Per. Aug. — Sept. Dense caespitosum; scapo 3 — 6 unciali; sepalis lilacinis carina saturatiore. N. flor ger. 601.

b. Scapus et folia ventricoso fistulosa.

Al. fistulosum L. Schlotten, Winterzwiebel. Habitat in Siberia. Colitur in hortis. Per. Jun. — Aug.

c. Folia plana, bulbo solitario.

Al. ursinum L. Bärenknoblauch. In sylvis umbrosis gregarie crescens. Per. Apr. — Jun. Gr.! Im Walde bei Lunau. Folia longe petiolata elliptico-lanceolata plana. Flores candidi. Das Bärenknoblauch ist das Kraut Moly von μωλύνειν hebetare, welches gegen alle Zauberei schützt.

## 2) Codonóprasum Reich. Glockenlauch.

Gr. κώδων tintinabulum πράσον porrum.

Perig. 6 partitum campanulatum; filamenta subulata, basi plerumque connata; spatha diphylla longissima; flores penduli; folia caulina. Umbella bulbifera.

C. oleraceum Reich. Gemeines G. In agris, dumetis ad aggeres inter frutices. Per. Jul. — Aug. Gr.! Stremoczin. Spatha longissima. Flores bulbulis luxuriantibus saepius oppressi vel obsoleti. Pedunculi inter bulbulos longi flexuosi. Sepala albo straminea vel stramineo-fucescentia, costa viridi. N. fl. ger. I. 608.

C. carinatum Reich. Gekieltes G. In collibus dumosis. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.! Am Hügel zur rechten Seite der Schiedlitz. Differt a priore foliis omnino planis, sepalis campanulato conniventibus emarginatis roseis, staminibus multo brevioribus.

## 3) Pórrum Reich. Porre.

Gr. πράσον.

Perig. ad basin 6partitum, patentissimum; filamenta alterna utroque latere cuspidata; spatha ventricosa subsimplex latere dehiscens.

a. Umbella capsulifera, folia plana.

P. commune C. Bauh. Gemeiner P. In Italia superiore. Colitur in hortis culinariis. Per. Jun. — Jul. Folia plana, margine glabra vel ciliata, umbella globosa, floribus purpurascentibus.

P. rotundum Reich. Runder P. In collibus apricis. Per. Jun. — Jul. Gr.! Bingsberge. Umbella globosa capsulifera, bulbo inter tunicas multibulbifero. Flores pallide rubri.

b. Umbella bulbifera, folia plana.

P. sativum Reich. Saat-P. Colitur in hortis. Per. Jun. — Jul. Bulbus magnus e bulbulis compluribus vicissim arcte sibi appressis oblongis acutis intra tunicam tenuem receptis compositus. Folia obiter canaliculata longe cuspidata subtus carinata. Sepala albida, carina fusca. N. fl. germ. I. 613.

P. scorodoprasum Reich. Sand-P. In agris apricis inter segetes. Per. Jun. — Jul. Gr.! Dzg. W. Bulbus ovatus tunicis albis scariosis indutus. Flores atropurpurei, carina scabra.

c. Umbella bulbifera, folia fistulosa.

P. vineale. Weinberg-P. In collibus arenosis, in agris elatioribus inter frumenta. Per. Jun. — Jul. Gr.! Bulbuli umbellae numerosi parvi mox decidui. Flores rosei.

d. Umbella capsulifera, folia fistulosa.

P. Cépa R. Zwiebel. Patria ignota. Colitur ubique in hortis et agris. Per. Jul. — Aug. Bulbus depressus vel oblongus tunicis tenuissimis varie coloratis vestitus.

P. ascalonicum Reich. Schalotte. Colitur in hortis. Per. Flores violacei. Apud nos raro floret.

## III. Fam. Asphodeleae. Asphodill-familie.

Plantae pratenses et montanae. Rhizoma bulbosum aut tuberculosum. Folia parallelinervia plana. Flores racemosi aut umbellati involucrati, praefloratione alternativa. Perigonium sexpartitum. Stam. 6, antheris introrsum dehiscentibus. Germen triloculare. Capsula trilocularis trivalvis aligosperma, seminibus testa atra vel fusca crustacea rugulosa instructa. Embryo cylindricus in albumine carnoso centralis.

### 1) Ornithogalum Link. Vogelstern.

Gr. ὄρνις avis, γάλα lac, quod sit perigonium externe viride, interne album.

Perig. patens. Stamina 6 toro inserta, filamentis subulatis, antheris dorso medio affixis. Capsula membranaceae ovata, perianthio marcescente velata. Flores racemosi post anthesin erecti; bracteae lanceolatae. N. ab. E. IV. 13.

O. umbellatum L. Doldentraubiger V. In graminosis ad sepes. Per. Mai. Gr.! Tarpen. Racemo corymboso, inflorescentia basiflora pedunculis inferioribus post anthesin elongatis patentibus.

### 2) Gágea Salisb. Gelbstern.

Perig. patens. Stamina 6 imae basi perianthii inserta. Stylus triangularis fistulosus. Capsula membranacea ovata perianthio persistente

velata. Semina pendula subglobosa, testa fusca. N. ab. E. IV. 15.

G. stenopetala Fries. Schmalblättriger G. In agris, ad aggeres Per. Mai. Or. luteum Poll. Gr.! Dzg.! Pedunculis glabris simplicibus, defloratis undique patentibus, bulbis tribus horizontalibus, duobus serioribus denudatis: altero hornotino majori oblongo obovato membranaceo tunicato. scapum et folium emittens. Sepala vespere sese claudentia.

G. arvensis Pers. Acker-G. Ornith. minimum Wild. In arvis et cultis. Per. Mai. Gr.! Dzg ! Bulbis duobus erectis, altero fibris radicalibus instructus, altero accessorio, anno sequente florens. Foliis floralibus 2 oppositis; pedunculis villosis ramosis corymbosis, perigonii laciniis lanceolatis acutis.

G. minima L. Kleinster G. Orn. gracile Hag. In nemorosis graminosis. Per. Mai. Gr.! Stremoczin. Dzg ! Niederfelde. Bulbo altero majori foliifero, altero minori rarissime folio instructo, folio florali solitario spathaceo, perigonii laciniis lineari-lanceolatis acuminatis.

G. lutea L. Gelber G. In dumetis et nemoribus. Per. Mai. Gr.! Dzg.! Praust. Kahlbude. Bulbo et folio radicali uno, foliis floralibus 2 suboppositis, pedunculis simplicibus umbellatis glabris, perigonii laciniis oblongis obtusis.

## IV. Fam. Liliaceae Dc. Lilienfamilie.

Plantae montanae. Rhizoma bulbosum. Folia parallelinervia sessilia. Flores racemosi speciosi, praefloratione alternativa. Perig. 6 partitum. Stam. 6. Capsula trigona oblonga triloculare, loculicide dehiscens. Semina numerosa compresso plana, testa membranacea tenui subspongiosa pallida vel lutescente. Embryo cylindricus in albumine carnoso centralis, radicula hilum spectante.

## Mártagon Tourn. Berglilie.

Perig. laciniae revolutae, sulco nectarifero a medio ad basin decurrente praeditae, deciduae. Flores cernui.

M. saracenicum Tabern. Türkenbundlilie Lilium Martagon Lin. In sylvis montanis.. Per. Jul. — Aug. Gr.! Stremoczin, Bingsberge häufig. Dzg. Kawerau bei Kahlbude, Oelfiafe am Barenwinkel. Flores fusco-carnei punctis obscurioribus picti.

## V. Fam. Convallariaceae. Maiblumenfamilie.

Plantae umbrosae. Rhizoma tuberculatum. Folia nervosa. Flores racemosi. Perig. 4 — 6 divisum. Capsula baccacea trilocularis oligosperma. Semina subangulata, tunica tenui albida, albumini carnoso arcte adhaerente instructa. Embryo rectus minutus prope hilum situs, radicula peripheriam seminis spectante. N. ab E. II. 15.

## 1) Maiánthemum Wiggers. Schattenblume.

Gr. Μάια Atlantis filia, Mercurii mater, ἄνθος flos.

Perigon. 4partitum rotatum post anthesin revolutum. Stam. 4. Bacca subglobosa abortu mono vel disperma. Flores racemosi ebracteati.

M. bifolium Dc. Zweiblättrige Sch. In sylvis umbrosis frequens. Per. Mai — Jun. Gr.! Dzg.! Baccae coccineae. Flores imperfecti albi. Rhizoma supra terram sese erigens, scapum simulans, foliis duobus alternis petiolatis cordato-acuminatis.

### 2) Convallária L. Maiblume.

Convallis ein eingeschlossenes Thal.

Perig. campanulatum 6 dentatum. Bacca globosa abortu saepe trisperma. Flores racemosi, bracteati, bracteis membranaceis.

C. maialis L. Frühe M. In nemoribus. Per. Mai. Gr.! Dzg.! Lilium convallium plerumque auditur. Baccae immaturae maculatae, deinde rubrae. Flores albi odorati. Die frischen Blumen haben ein ätherisches Oel und sind officinell.

### 3) Polygónatum Desf. Siegelblume.

Gr. πολυγόνατον geniculata.

Perig. tubulosum 6 dentatum. Stam. 6, filamentis basi tubo adnatis. Bacca globosa trilocularis loculis 1 — 2 spermis. Flores racemosi secundi bracteati, bracteis foliaceis.

P. anceps Moench. Eckige S. In nemorosis. Per Mai — Jun. Gr.! Lunau, Gogolin. Dzg.! Heubude. Flores albi apice virides. Baccae nigro-coeruleae. Rhizoma geniculata sigillata. Salamons-Siegel, Sigillum Salamonis, Weiss-Wurz, Gelenk-Wurz. Die Wurzel enthält Schleim und Zucker und ist diuretisch.

P. multiflorum Moench. Vielblumige S. In nemoribus humidis. Per. Mai. Gr.! Dzg.! Pedunculi multiflori, flores graciliores.

P. verticillatum Moench. Quirlblüthige S. In sylvis montanis. Per. Jun. Dzg. W. Caulis angulatus. Foliis bractealibus lanceolatis verticillatis, pedunculis multifloris. Flores albi apice virides. Buccae coeruleae.

## VI. Fam. Asparigineae Juss. Spargelfamilie.

Plantae arenicolae. Rhizoma bulbosum aut articulatum carnosum. Flores racemosi peduncu-

lis articulatis inserti. Perigonium 6 partitum. Capsula membranacea vel baccacea trilocularis. Semina angulata, testa atra notata. Embryo curvatus in albumine carnoso transverse-locatus, radicula hilum aut peripheriam spectante.

## 1) Anthéricum L. Zaunlilie.

Gr. ἀνθέρικος Plin. 21., 7.

Perig. 6 partitum. Capsula obtuse trigona, membranacea apice trivalvis. Flores racemosi bracteati, pedunculi articulati.

Anth. ramosum L. Aestige Z. In nemorosis. Per. Jun. — Jul. Gr.! Miggau. Dzg. W. Brentau. Caule basi bulboso foliis linearibus, floribus niveis parvis.

Anth. Liliago L. Gemeine Z. In montosis. Per. Jun. — Jul. Dzg. W. Karlkau. Flores in racemo simplici speciosi nivei.

## 2) Aspáragus Lin. Spargel.

Gr. ἀσπάραγος Plin. 19., 8.

Perig. campanulato patens 6 partitum. Bacca globosa subcarnosa trilocularis, hexasperma. Flores in racemo composito dislocati, in articulis protuberantibus fragiles, saepe diclines.

Asp. officinalis Lin. Gebräuchlicher Sp. In arenosis ad littora et ripas. Colitur in hortis culinareis. Per. Jul. Gr.! Bei Sackrau. Dzg.! Am Radaunendamm, bei Striess. Caulis herbaceus, racemo decomposito, ramulis ad basin tantum florigeris, flores superiores in foliola linearia bracteata transeuntia. Der dicke fleischige gegliederte Wurzelstock der wilden Pflanzen ist bitter, der in Gärten gezogenen wohlschmeckend harntreibend; enthält Zucker und bittern Extractivstoff.

Plantae in hortis frequenter cultae ad has familias pertinentes: Scilla maritima. Hyacinthus orientalis. Muscari botryoides, racemosum. Polyanthes tuberosa. Hemerocallis flava, fulva. Agapanthus umbellatus. Tulipa gesneriana, acuminata, suaveolens. Erythronium Dens canis. Fritillaria Meleagris imperialis. Lilium candidum. bulbiferum. Gloriosa superba. Agave americana. Amaryllis formosissima, reginae. Leucoium vernum. Narcissus poëticus, odorus, Jonquilla, Tazetta, Pseudo Narcissus. Tigridia pavonia. Crocus vernus, sativus, versicolor.

Dreyer in fl. Haf. hujus ordinis plantas habet: I. Orchideae: Plathanthera solstitialis, chlorantha. Orchis militaris, ustulata, pyramidalis, Morio, mascula, sambucina, latifolia, maculata. Gymnadenia conopsea. Himanthoglossum viride. Herminium Monorchis. Ophrys myodes Spiranthes autumnalis. Habenaria albida. Corallorrhiza innata. Cephalanthera rubra, pallens, ensifolia Neottiä nidus avis. Listera ovata, cordata. Epipactis palustris, latifolia atrorubens. Epigogium Gmelini, Satyrium Epigogium Lin. Malaxis paludosa, Loeselii. II. Liliaceae et cognotae familiae: Allium ursinum, scorodoprasum, vineale, oleraceum. Ornithogalum umbellatum, nutans, Albucea nutans Reichb. Gagea minima, spathacea, lutea. Galanthus nivalis. Convallaria maialis. Polygonatum verticillatum, anceps, multiflorum. Anthericum ramosum, Liliago.

---

## Ordo III. Locupletes.

Perigonium duplex 3partitum. Antherae 6 — 9 — 12 .... Germina 3 — 6 — 9 ....

F a m i l i a e:

1) Hydrocharideae, Froschbissfamilie. 2) Alismaceae, Froschlöffelfamilie. 3) Buto-

meae, Blumenbinsenfamilie. 4) Parideae, Einbeerfamilie.

## 1. Fam. Hydrocharideae Dc. Froschbissfamilie.

Plantae aquaticae. Rhizoma stoloniferum. Folia radicalia nervosa. Flores dioici spatha involucrati. Calyx 3sepalus. Corolla 3petala, regularis. Stamina 9 — 12.... Germen adnatum 6carpellare, 6loculare, carpellis polyspermis ovulis dissepimentis affixis. Styli 6, stigmata bifida. Pericarpium subcarnosum indehiscens, abortu oligospermum muco tenaci repletum. Semina testa crustacea obtecta exalbuminosa. Embryo rectus. Cotyledon lateralis.

### 1) Hydrocharis Lin. Froschbiss.

Gr. ὕδωρ aqua, χαρά gaudium.

Semina ovata parva basi attenuata; testa laxa carnosula verrucis e cellulis spiralibus formatis obsita. Spatha diphylla triflora, floribus pedunculatis. N. ab. E. VI. 15.

H. morsus ranae Lin. Gemeiner Fr. In aquis stagnantibus. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.! Folia cordato-rotunda. Flores albi; petala aestivatione corrugativa.

### 2) Stratiotes Lin. Siggelblume.

Semina abortu ovulorum pauca 2 — 4 erecta oblonga; testa crustacea dura, extus muco solubili floculosa; spatha diphylla uniflora vel triflora, floribus pedunculatis. N. ab. E. VI. 15. Schauer.

**St. aloides L.** Aloeartige S. In fossis et aquis stagnantibus natans. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.! Foliis lanceolatis elongatis carinatis aculeato-denticulatis, confertis. Flores albi.

## II. Fam. Alismaceae Juss. Froschlöffelfamilie.

Plantae aquaticae. Rhizoma subcarnosum. Folia parallelinervia. Flores hermaphroditi aut monoici bracteati. Calyx 3sepalus. Corolla 3petala, regularis. Stamina 6 aut plura. Germina numerosa receptaculo explanato insidentia. Styli laterales, stigmata obtusa. Carpella plura compressa monosperma. Semina erecta exalbuminosa. Embryo uncinatus, radicula incrassata infera.

### 1) Alisma Lin. Froschlöffel.

Carpella plura in orbem posita compressa coriacea, sutura notata sed evalvia monosperma. Flores hermaphroditi racemosi. N. ab. E. VI. 18.

**Al. Plantago L.** Gemeiner F. In fossis et aquis stagnantibus ubique. Per. Jul. — Aug. Flores rosei, petalis deciduis aestivatione involutis. Die Wurzel enthält ein scharfes ätherisches Oel und Stärkemehl, schmeckt scharf und ekelerregend und ist officinell.

### 2) Sagittaria L. Pfeilkraut.

Carpella numerosa membranacea compressa marginata receptaculo carnoso subgloboso insidentia. Flores monoici racemosi. N. ab. E. VI. 19.

**S. sagittifolia L.** Sumpf-Pf. Ad margines fossarum et fluviorum. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.! Folia sagittata. Flores rosei, petalis praefloratione alternative imbricatis.

## III. Fam. Butomeae Dec. Blumenbinsenfamilie.

Plantae paludosae. Rhizoma subterraneum. Flores corymboso - umbellati bracteati. Calyx 3 sepalus persistens. Corolla 3 petala aestivatione imbricata decidua. Stamina 6 — 9. Germina 6 — 9, singula terminata, multiovulata, ovulis parietes plane occupantibus. Semina minuta exalbuminosa. Embryo rectus, radicula infera hilum spectante.

### 1) Butomus Lin. Blumenbinse.

Gr. βουτόμος planta palustris: Theoc. 13., 35.

Capsula inferne connatae stylo persistente apiculatae, intus rima dehiscentes.

**B. umbellatus** L. Gemeine Bl. In fossis et aquis stagnantibus ubique. Per. Jul. — Aug. Calyx purpureis. Flores rosei. Pedunculi singuli bracteati, umbellam simulans.

## IV. Fam. Parideae. Einbeerfamilie.

Herbae umbrosae. Rhizoma squamosum. Folia parallelinervia. Flores terminales. Calyx 4 phyllus. Corolla 4 petala. Stamina 8 laciniis perig. opposita. Germen ovatum 4 loculare. Styli 4. Capsula baccata perigonio indusiata. Semina in quovis loculo duplici serie angulo centrali funiculi incrassati ope affixa. Embryo monocotyledoneus minutus, prope hilum collocatus, radicula infera hilum spectante. N. ab. E. II. 19.

## Paris L. Einbeere.

Calycis phylla lanceolata acuminata, corollae petala linearia. Filamenta supra antheram in acumen longissimum producta.

P. quadrifolia Lin. Vierblättrige E. In sylvis humidis. Per. Mai. — Jun. Gr.! Gogolin, Lunau. Dzg.! Zoppot, Kahlbude. Perig. luteo-virens bacca atrocoerulea. Folia quaterna involucralia. Die erbsengrosse blauschwarze Beere ist giftig. Der einfache Stengel wird fast fusshoch, hat eiförmige in einem Quirl stehende Blätter, aus deren Mitte sich die gestielte gelblichgrüne Blume erhebt.

Dreyer fl. Haf.: Hydrocharis morsus Ranae, Stratiotes aloides. Alisma ranunculoides Plantago. Butomus umbellatus. Paris quadrifolia.

---

# Classis II.

## Plantae quadruplices sive Tetrametria.

Dicotyledoneae Ray et Juss.
Exogeneae Dec.

Floris et fructificationis partes: binae, quaternae, octonae.... Caulis herbaceus aut lignosus foliatus. Folia venosa, pagina inferiore et superiore plerumque diversa.

## Ordo I. Orbatae.

Perigonium simplex aut nullum. Antherae: 1 — 2 — 4.... Germina: 1 – 2 – 3 — 4.....

### A. Subordo. Aquaticae.

Familiae:

1) Zosterineae, Seegräser. 2) Najadeae, Najaden. 3) Ceratophylleae, Hornblätter. 4) Hippurideae, Tannenwedelfamilie. 5) Callitricheae, Wassersternfamilie. 6) Potameae, Laichkrautfamilie.

### I. Fam. Zosterineae. Seegräser.

Plantae marinae, radice fibrosa, rhizomate repente, caule dichotomo. Flores incompleti masculi et foeminei in formam spicae receptaculi oblongi lateribus impositi, spatha involucrati. Anthera unilocularis. Germen oblongum, stigma bicorne. Utriculus pendulus. Embryo uncinatus.

#### Zostéra Lin. Seegras.

Antherae et germina duplici serie alternantia opposita. Antherae dorso filamento brevissimo, germina dorso affixa. Pollen antherae rima longitudinali dehiscentis in caudiculos excrescens. N. ab. E. VI. 14.

Z. marina L. Gemeines S. In littora maris. Per. Aug. Dzg. W. Zoppot.

### II. Fam. Naiadeae Link. Najaden.

Plantae submersae ramis dichotomis. Flores monoici vel dioici involucrati. Anthera 1, qua-

driloculαris. Germen 1. Carpellum drupaceum. Semen exalbuminosum. Embryo rectus.

## Naias Lin. Najade.

Perig. floris mas. calyptraeformis apice 4fida, demum pedicellatum antheram includens. Floris fem. perig. 0. Fr. L. N. ab. E. VI. 10.

N. major Roth. N. marina L. Grössere N. An. Aug. — Sept. In his regionibus sine dubio proveniens. In lacubus et piscinis. Foliis linearibus repando-dentatis, dentibus mucronatis, auriculis 2 basilaribus integerrimis vaginantibus.

N. flexilis Wild. Biegsame N. In fundo arenoso lacuum. Per. Aug. — Sept. Bis jetzt nur bei Stettin gefunden.

In utroque genere antecedente antherae et germina valde similia et itidem flores masc. et foem. apparent.

## III. Fam. Ceratophylleae Gray. Hornblattfamilie.

Plantae submersae. Folia rigida verticillata dichotoma. Flores axillares incompleti monoici involucrati. Antherae plures. Germen 1. Cariopsis nucacea. Semen pendulum exalbuminosum. Embryo rectus, cotyledonibus 4 verticillatis, gemmula polyphylla. Fr. N. ab. E. VIII.

## Ceratophyllum Lin. Hornblatt.

Gr. κέρας-τος cornu, φύλον folium.

Perigonium floris mas. irregulariter incisum. Antherae 12 — 20, apice bicuspidatae, loculorum dissepimento incompleto. Perig. floris foem. 0. Germen ovatum, stylo incurvo, ovulo pendulo.

C. submersum L. Untergetauchtes H. In fossis et stagnis. Per. Aug. — Sept. Gr.! Dzg.! Fruc-

tibus ovalibus apice spina mucronatis fructu pluries breviore.

C. demersum L. Dreitheiliges H. In aquis stagnantibus. Per. Aug. — Sept. Gr! Dzg.! Fructibus ovalibus trispinosis, spina terminali fructum aequante.

## IV. Fam. Hippurideae Link. Tannenwedelfamilie.

Plantae submersae, foliis verticillatis, floribus hermaphroditis incompletis axillaribus. Stamen 1. Germen 1. Achaena drupacea. Semen oblongum exalbuminosum. Embryo rectus.

### Hippúris Lin. Tannenwedel.

Gr. ἵππος equus, οὐρα cauda.

Perig. germini coalitum, limbo obsoleto. Filamentum e perigonii margine enascens; antherae loculi apicem styli ante anthesin amplectentes.

H. vulgaris L. Gemeiner T. In fossis et aquis stagnantibus. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.!

## V. Fam. Lemnaceae Dec. Wasserlinsenfamilie.

Plantae natantes, caule foliaceo subtus fibras radicales filiformes demittente. Flores incompleti marginales hermaphroditi vel abortu dioici. Perigonium spathaeforme. Stamina 2. Germen uniloculare. Stylus simplex, stigma truncatum. Utriculus oligospermus. Semen horizontale in utriculo monospermo, semina 4 — 3 erecta in utriculo oligospermo. Embryo exalbuminosus, cotyledon crassa, e duabus connatis orta? radicu-

lam includens. N. ab. E. VI. 9. Monocotyledoneis hoc genus plerumque adnumeratur.

## Lemna L. Wasserlinse.

Perig. inaequales bivalve. Antherae didymae biloculares, loculis discretis globosis transversim late dehiscentibus. Pollen globosum papillosum.

L. polyrchiza L. Vielwurzelige W. In aquis stagnantibus ubique. An.

L. gibba L. Gewölbte W. In aquis stagnantibus natans ubique. An.

L. trisulca L. Dreitheilige W. In aquis stagnantibus submersa ubique. An. Mai.

L. minor L. Kleine W. In aquis stagnantibus natans ubique. An. Mai.

# VI. Fam. Callitricheae Link. Wassersternfamilie.

Plantae tenellae aquaticae, folia opposita integra, superiora conferta emergentia. Flores incompleti axillares interdum monoici. Perigonii phylla duo opposita. Stam. 1. Germina 4. Achenae 4. Semen pendulum. Embryo rectus intra albumen.

## Callitriche L. Wasserstern.

Gr. κάλλος venustas, θρὶξ capillus.

Perig. phylla falcato-adunca inflata. Filamentum accrescens, post anthesin elongatum reflexum; anthera reniformis. Germina in unum coalita, compressa. Styli 2.

C. verna L. Frühlings-W. In rivis, lacubus et fossis. An. Fl. aestate. Carpidiorum angulis obtusiusculis convergentibus marginello vix conspicuo praeditis, bracteolis persistentibus. Kützing.

C. autumnalis L. Herbst-W. In fluviis lente fluentibus et lacubus sub aqua. An. Fl. aestate. Carpidiis membranaceo-subulatis, subdivergentibus, bracteolis minutis caducis. — Multae varietates utriusque speciei ubique reperiuntur. Minimae sunt plantae in locis turfosis subinundatis.

## VII. Fam. Potameae Juss. Laichkrautfamilie.

Plantae submersae, foliis oppositis integris reticulato-venosis. Flores spicati. Perigonium 4phyllum. Stamina 4. Germina 4. Achenae drupaceae. Semen pendulum exalbuminosum. Embryo uncinatus. Cotyledon una clausa gemmulam in medio fovens; radicula incrassata infera. N. ab. E. VI. 13.

### 1) Potamogéton L. Laichkraut.

Gr. ποταμογείτων accola fluvii.

Perigonii foliola duo exteriora duo interiora brevi-unguiculata sub anthesi patentia. Antherae ovatae biloculares, loculis discretis, rima laterali extrorsum dehiscentibus. Stigmata lateralia. Spicae sub anthesi emergentes.

1) Foliis omnibus demersis, membranaceis pellucidis, subconformibus.

a. Fructibus compressis.

P. lucens L. Glänzendes L. In aquis stagnantibus et fluentibus. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.!

P. perfoliatus L. Durchwachsenes L. In iisdem locis. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.!

b. Fructibus compressis rostratis, margine obtusis.

P. crispus L. Krauses L. In iisdem locis. Per. Jun. — Aug. Gr.! Dzg.!

P. compressus L. Zusammengedrücktes L. Zosterifolius Schuhm. In fluviis et lacubus. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.! Foliis linearibus obtusis multinerviis.

P. acutifolius L. Spitzblättriges L. In aquis stagnantibus. Per. Jun. — Aug. Klins. Ottomin. Foliis linearibus apice cuspidatis multinerviis.

P. pectinatus Lin. Fadenblättriges L. In fluviis et stagnis. Per. Jul. — Aug. Gr.! Dzg.! Foliis linearibus basi vaginantibus uninerviis.

P. densus L. Dichtes L. In fossis et aquis stagnantibus. Per. Jun. — Aug. Gr.! Dzg.! Foliis omnibus oppositis amplexicaulibus ellipticis, lanceolatis vel lineari-lanceolatis.

c. Fructibus lenticulari compressis margine carinatis.

P. obtusifolius M. et K. Stumpfblättriges L. P. gramineus Gaud. In fossis et aquis stagnantibus. Per. Jun. — Aug. Foliis linearibus 3 — 5 nerviis, caule compresso ramosissimo.

2) Foliis demersis alternis, superioribus natantibus oppositis.

Fructibus compressis margine obtusis.

P. natans L. Schwimmendes L. In aquis stagnantibus, lacubus et fossis ubique. Per. Jul. — Aug. Foliis omnibus petiolatis, demersis membranaceis lanceolatis, natantibus coriaceis ovalibus vel oblongis, pedunculis aequalibus, cameris compressis margine obtusis. Var.: vulgaris, explanatus, fluitans Roth., intermedius, minor. N. ab E. fl. germ. 1. 268.

P. heterophyllus Schreb. Verschiedenblättriges L. Caule ramosissimo, foliis demersis sessilibus membranaceis pellucidis lanceolatis recurvatis acuminatis basi angustatis, natantibus petiolatis ovatis vel

lanceolatis acuminatis pedunculis superne incrassatis, cameris compressis margine obtusis.

P. gramineus Roth. In aquis stagnantibus et fluviis. Per. Jun. — Aug. Dzg. W.

P. rufescens Schrad. Röthliches L. Caule simplici, foliis demersis sessilibus membranaceis pellucidis angustatis obtusiusculis, natantibus coriaceis obovatis obtusis in petiolum folio breviorem attenuatis, pedunculis aequalibus, cameris lenticulari-compressis margine carinatis. In aquis stagnantibus. Per. Jun. — Aug. Mey. El. pl.

## 2) Rúppia L. Ruppie.

Flores spicati ante anthesin vagina folii inflata involucrati. Perigonium nullum. Antherae 2 biloculares, loculis discretis ad latera filamenti squamaeformis affixis, rima dorsali dehiscentibus. Germina 4 unilocularia. Stigma peltatum. Carpella 4 nucacea, gynophoro post anthesin valde elongato suffulta. N. ab. E. VI. 12.

R. maritima L. Meer-R. In fossis et stagnis ad littora maris. Per. Jul. — Aug. Dzg. W.

## 3) Zannichéllia Lin. Zannichellie.

Flores monoici axillares. Flor. mas. perig. 0, stamen unicum. Flor. fem. germina 4 basi perianthio brevi cupuliformi cincta. Stigma peltatum papillosum. Carpella 4 nucacea, carpophoro insidentia. N. ab. E. VI. 11.

Z. palustris L. Sumpf-Z. In fossis et rivulis. Per. Jul. — Sept. Dzg. W.

Dreyer fl. Hafn. hujus tribus hasce exponit plantas: Ceratophyllum muticum, submersum, oxyacanthum demersum. Lemna trisulca, polyrhiza, minor, gibba. Hippuris vulgaris. Potamogeton filiformis, setaceus

Schum., pectinatus, pusillus, obtusifolius, acutifolius, zosteraefolius, crispus, perfoliatus, praelongus Wulb., curvifolius Hartm., lucens, gramineus, rufescens, natans. Ruppia maritima. Zannichellia palustris. Callitriche stagnalis, platycarpa, vernalis, autumnalis.

## B. Subordo. Terrestres.

### a. Acerosae s. Coniferae, Nadelhölzer oder Zapfenbäume.

Arbores aut frutices foliis acerosis aut squamaeformibus sempervirentibus. Flores monoici aut dioici incompleti, bracteis squamaeformibus, persistentibus obtecti, amentum conformantes.

Familiae:

1) Taxineae, Eibenbaumfamilie. 2) Junipereae, Wachholderfamilie. 3) Abietineae, Tannenbaumfamilie.

## I. Fam. Taxineae. Eibenbaumfamilie.

Flores dioici; amenta axillaria; mascula subglobosa, bracteis peltatis antheras uniloculares includentibus, foeminea gemmiformia; apice uniflora. Ovarium disco basilari annuliformi cinctum demum in cupulam carnosam apertam uniovulatam increscens, nuculam fovens et galbulam basi squamatum constituens. Fr. N. ab. E. I. Rich. Conif. p. 131.

### Taxus L. Eibenbaum.

Antherae 4 — 5 — 6, squamis peltatis insertae; filamenta nulla; pollen globosum. Galbulus cupulaeformis drupaceus.

T. baccata L. Beerentragender E. In montanis editioribus. Hagen. Ragnit, Pr. Eylau. Per. Mai —

Jun. Ein langsam wachsender immer grüner Baum mit hellrothen, schleimigen, süssen, beerenartigen Früchten. Wird zuweilen in Gärten angepflanzt und erreicht ein hohes Alter. Blätter und Früchte verdächtig und für Pferde ein tödtliches Gift. Das Holz fest und schön.

## II. Fam. Junipereae. Wachholderbäume.

Flores monoici aut dioici. Amenta axillaria; mas. bracteis squamaeformibus basi antheriferis, foeminea gemmiformia; ovariis cupulaeformibus basi squamarum supremarum insidentibus. Fructus e squamis et ovariis coadunatis increscentibus constitutus. Embryo dicotyledoneus in albumine carnoso centralis. Rich. Conif. p. 137. Fr. N. ab. E. I.

### 1) Juniperus Lin. Wachholder,

a junior et pario, quod juniores fructus pariat antiquis maturescentibus.

Antherae 4 — 7 margini inferiori squamarum peltatarum subtus insidentes. Squamae amenti foem. inferiores steriles, supremae ovaria tria foventes. Galbulus globosus baccaeformis. Nux subtriquetra, perigonio persistente nucamentaceo, basin versus foveis quinque glanduliferis praedito.

J. communis L. Gemeiner W. In collibus et montibus. Per. Apr. — Mai. Wachholderbaum, Rachholderbaum, der wach, rege und jung erhält. Grimms Mährchen. Machandelbaum, Jachandelbaum durch Sprachverdrehung; Krammetsvogelbeerbaum. Polnisch: Kadik, daher Kaddikstrauch. Seine Beeren zeitigen erst im zweiten Jahre, wenn er schon wieder neue trägt. Sie enthalten ein ätherisches wohlriechendes

bittersüsses Oel; das Holz harzreich, fest, von hellgelber Farbe.

J. Sabina L. Sadebaum. In alpibus Germ. austr. Per. Apr. — Mai. Colitur in hortis. Die Beeren bläulich schwarz. Das Kraut von widerlich betäubendem Geruch und balsamisch bitterem Geschmack, enthält ätherisches Oel und Gerbestoff. Ist officinell.

## 2) Cupressus L. Cypresse.

Antherae 4, squamarum peltatarum margini posteriori subtus affixae. Ovaria 8 et plura lageniformia singulae squamae basi inserta. Strobilus ovatus ad maturitatem usque squamis concrescentibus clausus, demum dehiscens. Nuculae perigonio cinctae parvae angulato-compressae basi carpelli angustatae insidentes. N. ab. E. I. 5.

C. sempervirens L. Immergrüne C. In collibus apricis Eur. aust. Per. Mart. — Mai. Bei uns in Gärten und auf Begräbnissplätzen.

# III. Fam. Abietineae Rich. Tannenbaumfamilie.

Flores monoici amentacei. Amenta mascula: bracteis squamaeformibus antheras binas filamentis destitutas foventibus. Amenta foeminea: squamis bractealibus duabus oppositis interiore evanescente. Ovaria bina. Strobilus e squamis incrassatis lignosis, basi carpella duo nucacea alata in foveis gerentibus, constitutus. Embryo polycotyledoneus, rectus in medio albumine oleoso. Fr. N. ab. E. f. 1. Rich. conif. 145.

Ex Cl. R. Brownii opinione harum plantarum ovula sunt nuda, ovario squamaeformi aperto basi intus oblique inserta, et nuculae semina alata sunt habendae.

## 1) Pinus L. Kiefer.

Antherae uniloculares, longitudinaliter dehiscentes. Pollen compositum, tricoccum. Ovaria apice incrassata mucrone instructa. Strobilus ovatus, squamis apice incrassatis umbonatis. Fr. N. ab. E. f. 1.

P. sylvestris L. Fichte, Kiefer, Föhre. In regionibus septentrionalibus et alpibus variat trunco humili et ramis elongatis. P. humilis et P. Pumilio. Per. Mai — Jun. Die Nadeln kommen zu zweien aus einer Scheide. Der Name Fichte von pix, Föhre von πυρ, Feuer, Kiefer von Kien-Föhre nach Kaltschmidts deutschem Wörterbuch. Bestandtheile: Harz, Terpentinöl, Gerbestoff.

## 2) Picea Link. Rothtanne.

Antherae uniloculares longitudinaliter dehiscentes. Pollen tricoccum. Strobilus oblongus, e bracteis lignosis apice laevibus attenuatis formatus.

P. vulgaris Link., Pinus Abies Lin. Rothtanne, Fichte. In regionibus montanis Europae mediae. Per. Mai — Jun. Die fast viereckigen starren Nadeln, die nach Fr. Nees v. E. aus zwei verwachsenen bestehen, ohne Blattscheide.

## 3) Abies Link. Edeltanne.

Antherae rima transversa dehiscentes. Pollen tricoccum. Strobilus oblongus, e squamis maturitate ab axi solutis et deciduis formatus. N. ab. E. fas. 1.

A. pectinata De. Edeltanne, Weisstanne. In montibus, alpinis et subalpinis. Per Mai — Jun. Die zusammengedrückten, meistens zweizeilig stehenden Nadeln ohne Blattscheide. Wird gegen 100 Fuss hoch.

## 4) Lárix Dc. Lärche.

Antherae longitudinaliter dehiscentes, apice cristatae. Pollen simplex globosum. Strobilus ovatus, squamis obtusis, apice subattenuatis.

L. europea Dc. Lärchenbaum. In montibus editioribus. Per. Mai—Jun. Die Nadeln kommen büschelförmig aus einer rundlichen Knospe. Die Zapfen bleiben lange sitzen.

### b. Pl. frondosae s. Juliferae, Laubhölzer oder kätzchentragende Bäume.

Arbores aut frutices foliis planis alternis auctumno deciduis. Flores monoici aut dioici incompleti; squamae bracteales perigonialibus auctae.

Familiae:

1) Betulineae, Birkenfamilie. 2) Quercineae, Eichenfamilie. 3) Juglandineae, Wallnussfamilie. 4) Salicineae, Weidenfamilie. 5) Eleagneae, Wildölbaumfamilie. 6) Acerineae, Ahornfamilie. 7) Thymeleae, Seidelbastfamilie.

## I. Fam. Betulineae Dc. Birkenfamilie.

Flores monoici. Juli cylindracei aut oblongi, squamis bractealibus et perigonio persistente constituti. Stam. 4. Germ. 2—3. Nuculae alatae, Samarae. Semina pendula exalbuminosa, embryone recto. Cotyledones duae.

## 1) Betula Tourn. Birke.

Gr. σημύδα.

Squamae bracteales 3, perigoniales 3 basi stamina 4 ferentes. Pollen globosum. Squamae floris foeminei trilobae. Germina 3, stigmatibus binis.

B. alba L. Weisse B. In sylvis et montibus. Per. Apr. — Mai. Blätter rhombisch-dreieckig, doppelt gesägt, glatt. Oberhaut der Rinde anfangs braun, später weiss, sich ablösend. Die Hängebirke, B. pendula, und die warzige Birke, B. verrucosa, sind Varietäten. Der Saft enthält Zucker, die Rinde ein ätherisches Oel.

B. pubescens Erh. Weichhaarige B. In locis paludosis. Per. Apr. — Mai. Eiförmige oder fast rhombische doppelt gesägte, unten in den Winkeln der Adern bartig behaarte Blätter.

B. fruticosa Pall. Strauch-B. In locis paludosis spongiosis. Per. Apr. Blätter rundlich-eiförmig mit einfachen spitzen Kerbzähnen.

## 2) Alnus Gaertn. Erle.

Gr. κλήθρα.

Squamae bracteales floris mas. peltatae, margine squamulis quinque minoribus auctae. Perig. 4 partitum. Stam. 4. Pollen globosum. Squamae bracteales floris fem. imbricatae subcarnosae, perigon. 4 minores deinde increscentes. Germina bina bilocularia, stigmata bina colorata.

Al. glutinosa L. Erle, Eller. In sylvis humidis, ad fossas et ripas fluviorum. Per. Mart. — Apr. Blätter rundlich, ganz abgestumpft, am Rande gezähnt. Die Achsen der Adern unten bebartet. Rinde aussen schwarzbraun, innen röthlich.

Al. incana L. Graue E. Ad ripas fluviorum. Per. Febr. — Mart. Dzg.! Heubude. Blätter eiförmig spitz, doppelt gesägt, unten weichhaarig.

## II. Fam. Quercineae, Eichenbaumfamilie.

Flores monoici. Squamae bracteales perigonialibus auctae aut destitutae. Stamina 4 — 8 — 12 .... Germina 1 — 2 — 3. Nucula involucro e squamis perigonii constituto plerumque cupuliformi inclusa. Semina pendula exalbuminosa. Embryo rectus aut inversus. Cotyledones duae crassae carnosae.

### 1) Quércus Lin. Eiche.

Gr. Δρῦς.

Squamae bracteales floris masc. nullae, involucri 6 — 8 partitae laciniis inaequalibus ciliatis. Stam. 8 — 12 .... Pollen globosum. Julus foemineus urceiformis; squamae bracteales et involucrales coalescentes, germen triloculare cingens, cupulam formantes. Nucula sive glans oblonga, testa membranacea induta. N ab. E. I. 12.

Q. robur L. Steineiche. In sylvis. Mai. Per. Die drei bis fünf Eicheln mit sehr kurzen Stielen versehen.

Q. pedunculata L. Stieleiche. In sylvis. Apr. — Mai. Per. Die länglichen Eicheln mit gemeinschaftlichem längeren Stiel. Die Rinde der jungen Zweige grau und glatt, später braun, zerspringend, borkig. Rinde und Holz sind reich an Gerbestoff, die Früchte enthalten Stärkemehl und Zucker.

## 2) Fágus L. Buche.

Gr. φηγός.

Squamae bracteales flor. mas. minutae deciduae, perigonii calycem 5 — 6 fidum formantes. Stam. 8 — 12 exserta. Pollen globosum. Squamae bracteales floris foem. numerosae inaequales cum interioribus in involucrum urceolatum subquadrilobum germina duo fovens connatum. Germina triquetra trilocularia ovulis duobus pendulis in quovis loculo demum cum dissepimentis abortientibus. Involucrum nucularum sublignosum echinatum demum apertum. Pericarpium coriaceum intus villosum.

F. sylvatica L. Rothbuche. In solo fertili sylvarum. Per. Mai. Blätter glatt, eiförmig, gerippt, am Rande gezähnelt und gewimpert. Rinde aussen grauweiss, stets glatt.

## 3) Carpinus L. Hainbuche.

Squamae bracteales floris masculi ovata, basi stamina duodecim et plura ferentes. Antherae sulco longitudinali dehiscentes apice barbatae. Pollen globosum. Squamae bracteales floris foeminei exteriores lanceolatae caducae, interiores geminae involucrum formantes, trilobae, nervis reticulatis. Perigonium calyciforme, ore dentato. Germen biloculare, loculis uniovulatis, ovulo mox pendulo. Stylus bifidus. Nucula ovata perigonio vestita, basi derasa i. e. a perigonio denudata notata. Embryo inversus. N. ab. E. fas. I.

C. Betulus L. Hainbuche. In sylvis et nemoribus. Per. Mai — Jun. Länglich-eiförmige, zugespitzte,

gerippte, doppelt gesägte Blätter. Rinde grau, glatt. Holz hart.

## 4) Córylus L. Hasel.

Squamae floris masculi bracteales simplices, perigonii binae subtus adnatae stamina octo medio et basin versus inserta ferentes. Antherae sulco longitudinali dehiscentes, apice subbarbatae. Pollen globosum. Julus foemineus gemmaceus in ramulum apice floriferum excrescens. Squamae bracteales externae ovatae deciduae, interiores sive involucrales lacerae basi cohaerentes persistentes. Perigonium obsoletum cupuliforme germen vestiens. Germen biloculare, loculo uno cum ovulo pendulo aboriente. Nucula ovata perigonio indurato ligneo obtectum, basi derasa notata. Embryo inversus. Cotyledones carnosae. N. ab. E. fas. 1.

C. Avellana L. Haselstrauch. In sylvis et fruticetis. Per. Febr. — Apr. Blätter eiförmig-herzförmig zugespitzt, doppelt gesägt, unten weichhaarig. Rinde nussbraun. Holz brüchig. Nüsse ölreich, essbar.

C. tubulosa Wild. Lamberts-Nuss. In Europa australi. Per. Febr. — Apr. Colitur. Grosse essbare Nüsse.

## III. Fam. Juglandineae Dec. Wallnussbaumfamilie.

Flores monoici. Juli masculi bracteae squamaeformes; laxe imbricatae. Juli foeminei flores solitarii vel pauci glomerati, terminales. Perigonium externum et internum in fructum transeuntia excrescentia. Germen uniloculare. Achena drupacea monosperma. Semen erectum, funiculo

umbilicali elongato valido erecto adhaerens, exalbuminosus. Embryo cotyledonibus magnis, bilobis, gyrato-torulosis.

### Júglans L. Wallnuss.
i. e. Jovis-glans.

Bracteae squamaeformes, squamis perigonii 5 — 6 margini adnatae. Stam. 18 — 24 bracteis inter perigonia inserta. Perigonium externum floris foeminei urceiforme, apice quadridentatus in epicarpium indehiscens excrescens. Perigonii interni phylla 4. Germen uniloculare uniovulatum. Stigmata duo fimbriata. Tunica externa fructus indurescens, lignosus bivalvis Pyrena. N. ab. E. fasc. 1.

J. regia L. Wallnuss. Arbor Orientis, colitur. Per. Apr. — Mai. Zoppot, Redlau, Heiligenbrunnen. Blätter unpaarig gefiedert, glatt, wohlriechend. Rinde der jungen Zweige grünlich glatt, später borkig. Bestandtheile: Bitterer Extractivstoff, in den Schalen brauner Farbestoff, in den essbaren Nüssen ein eintrocknendes fettes Oel.

## IV. Fam. Salicineae Rich. Weidenfamilie.

Flores dioici, juliferi. Flores masculi et foeminei squamis bractealibus praediti, perigonio squamae- aut glandulaeformi obsoleto. Stamina 2 — 4 — .... 24. Germen uniloculare, styl. 1, stigma 2 — 4 fidum. Capsula bivalvis polysperma, seminibus comosis. Embryo rectus exalbuminosus. Radicula ad hilum spectans. Cotyledones ellipticae plano-convexae.

## 1) Salix L. Weide.

Squama bractealis simplex; loco perigonii glandulae 2 — 1 ad basin staminum aut germinum. Stam. 1 — 2 — 3 — 5. Koch de salic. Europ

Sect. I. Fragiles K.: Squamae amenti concolores, luteo virides, ante fructus maturitatem caducae. Arbores procerae, foliis lanceolatis, ramis ad insertionem, praecipue veris tempore, fragilissimi.

S. pentandra L. Fünffädige W. In convallibus et in paludosis dumetosis. Per. Mai — Jun. Gr.! Dzg.! 5 — 10 andra, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, stipulis ovato-oblongis aequilateris rectis. Variat foliis ovato-lanceolatis et ovato-ellipticis: latifolia.

S. cuspidata Schultz. Zugespitzte W. In pratis paludosis sylvaticis. Per. Mai — Jun. Dzg.? Differt a priore stipulis semicordatis obliquis. Stam. 4 — 5. Folia oblongo-lanceolata, longe acuminata.

S. fragilis L. Bruch-W. Ad ripas et in locis paludosis. Per. Apr. — Mai. Gr.! Dzg.! 2andra, capsulae pedicello nectarium bis terve superante, foliis lanceolatis acuminatis glaberrimis vel junioribus subsericeis Var.: decipiens, vulgaris, Russeliana.

S. alba Lin. Weisse W. Ad vias et ripas ubique. Per. Apr. — Mai. Gr.! Dzg.! 2andra, pedicello nectarium brevissimum vix aequante, foliis lanceolatis utrinque sericeis. Var.: coerulea et vitellina.

Sect. II. Amygdalinae K.: Squamae amenti concolores, luteo-virides, persistentes. Frutices altiores saepe arborescentes, ramis vimineis, foliis lanceolatis glabris.

**S. amygdalina** L. Mandelblättrige W. Ad ripas et in paludosis. Per. Apr. — Mai. Gr.! Dzg.! 3andra, amentis pedunculatis, pedunculo foliato, squamis persistentibus concoloribus apice glabris. — Variat foliis ovato-oblongis vel lineari-lanceolatis.

**S. undulata** Erh. Wellenblättrige W. Ad ripas. Apr. — Mai. Dzg.! Differt squamis persistentibus apice barbatis, pedicello nectarium bis superante.

Sect. III. **Pruinosae** K.: Squamae amenti apice discolores. Amenta lateralia, etiam fructifera, sessilia. Antherae defloratae luteae. Cortex interior aestate citrinus. Frutices altiores vel arbores laete virides, foliis lanceolatis glabris, ramis saepe pruina caesia, facile detergenda obductis. Filamenta 2, libera.

**S. daphnoides** Vill. Seidelbast-W. In locis paludosis. Per. Mart. — Apr. Dzg. Kliasm. Stipulis semicordatis; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, glanduloso-serratis.

Sect. IV. **Purpureae** K.: Squamae amenti discolores. Amenta lateralia sessilia. Antherae purpureae, defloratae nigrae. Cortex interior aestata citrinus. Frutices altiores saepe arborescentes, glauco vel obscurius virides, foliis lanceolatis glabris.

**S. purpurea** L. Purpur-W. Ad ripas. Mart. — Apr Gr.! Dzg.! Monandra, stylo brevi, foliis lanceolatis sursum latioribus argute serrulatis, glabris, planis. Var.: purpurea Smith, Lambertiana, Helix, monadelpha, sericea.

S. rubra Huds. Rothe W. Ad ripas et in locis humidis. Mart. — Apr. Dzg.? Monadelpha stylo elongato, foliis elongato lanceolatis acuminatis repando-denticulatis margine subrevolutis pubescentibus, adultis glabratis.

Sect. V. Viminales K.: Squamae amenti apice discolores. Amenta lateralia sessilia. Antherae defloratae luteae. Cortex interior virescens. Frutices elatiores erecti, rami viminei, folia elongata, subtus tomentosa.

S. mollissima Erh. Weiche W. Ad aquas. Per. Apr. Gr.! Dzg.! Foliis elongato-lanceolatis acuminatis remote repando denticulatis, junioribus subtus tenuiter tomentosis, stipulis ovatis acutis.

S. viminalis L. Korb-W. Ad ripas. Per. Mart. — Apr. Gr.! Dzg.! Foliis elongato-lanceolatis acuminatis integerrimis subrepandis, subtus nitide sericeis, stipulis lanceolato-linearibus, petiolo brevioribus.

S. acuminata Sm. Zugespitzte W. Ad ripas. Per. Apr. Dzg.! Foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, margine subundulatis, minute glanduloso-denticulatis subtus glaucis tomentosis, tomento opaco, stipulis reniformi-semicordatis acutis.

Sect. VI. Capreae K.: Squamae amenti apice discolores. Amenta lateralia, florifera sessilia, basi foliis parvis fulta, fructifera plus minusve pedunculata, pedunculo foliis auctis vestito. Antherae defloratae luteae. Capsulae longe pedicellatae, pedicello nectarium duplo saltem superante.

S. cinerea L. Aschgraue W. In pascuis et dumetis humidis. Per. Mart. Dzg.! Pedicello nectarium

quater superante, foliis elliptico- vel lanceolato-obovatis, breviter acuminatis, planis undulato-serratis cinereo-viridibus supra pubescentibus, subtus tomentoso hirtis, stipulis reniformibus, gemmis incanis.

S. nigricans Fries. (phylicifolia K.) Schwärzliche W. In nemoribus humidis et uliginosis. Per. Apr. — Mai. Gr.! Amentis fructiferis breviter pedunculatis, pedicello nectarium bis terve superante, stylo elongato, foliis ovatis ellipticis lanceolatisve undulato serratis subtus cinereis, junioribus ramulisque hirto-pubescentibus.

S. caprea L. Sahl-W. In sylvis et nemoribus. Per. Mart. — Apr. Dzg.! Gr.! Pedicello nectarium quater-sexies superante, foliis ovatis ellipticisve planis, recurvato-acuminatis obsolete undulato-crenatis supra glabris, subtus glaucis tomentosis, stipulis reniformibus, gemmis glabris.

S. aurita L. Geöhrte W. In pascuis et sylvis. Per. Apr. — Mai. Gr.! Dzg.! Pedicello nectarium ter quaterve superante, foliis obovatis vel oblongo-obovatis recurvato-apiculatis undulato-serratis rugosis superne pubescentibus, subtus glaucis tomentoso-hirtis, stipulis reniformibus, gemmis glabris.

S. repens L. Kriechende W. In locis arenosis et paludosis. Per. Apr. Dzg.! Pedicello nectarium bis terve superante, foliis ovalibus ellipticis lanceolatisve recurvato apiculatis, margine subdeflexis integerrimis vel remote glanduloso-dentatis nitidis subtus sericeis, stipulis lanceolatis acutis. Var.: vulgaris, fusca, argentea, leiocarpa.

S. ambigua Erh. Zweifelhafte W. In pratis spongiosis. Per. Apr. — Mai. Dzg.! Differt a priore foliis subtus rugoso-venosis adpresse villosis subsericeis postremo glabratis, stipulis semiovatis rectis.

S. rosmarinifolia L. Rosmarinblättrige W. Pedicello caps. bis terve nectarium superante, foliis linearibus vel lineari-lanceolatis attenuato-acuminatis margine planis apice rectis integerrimis vel remote glanduloso-denticulatis subtus sericeis, stipulis lanceolatis. In paludibus spongiosis. Per. Mai. Dzg.!

S. angustifolia Wulf. Schmalblättrige W. (S. incubacea Willd.) Pedicello caps. nectarium bis terve superante, foliis elongato-lanceolatis strictis acuminatis apice recto margine subrevolutis integerrimis vel remote glanduloso-denticulatis subtus sericeis, stipulis lanceolatis. In paludosis turfosis. Per. Mai. Dzg.!

